A. Diss. 3230 12

CONRADI FRIEDLIEBI JCti,

Placitorum Feudalium & Juris Publici
PROFESSORIS ORDINARII,
Nec non
Facultatis Juridicæ
ADSESSORIS
in
Academia Gryphiſvvaldenſi.

TRACTATUS JURIDICUS THEORETICO-PRACTICUS

De

IGNE NOCENTE

EXCITANTIUM POENA, EJUSQUE ARCENDI RATIONE

tum

RELIQUO INCENDIORUM JURE

Vom
Schaden-Fewr/
Deſſen Verurſacher Beſtraffung
und
Stillungs-Mittel/
Sambt
Ubrigen Recht bey Feuer-Schaden.

Hamburgi, Sumptibus Davidis Volkeri beym Heil. Geiſt, 1679.

Series Capitum.

I.

De varia Ignis Nocentis & Innocentis conſideratione, tum utriuſque Deſcription.

II.

De Diviſione Ignis Nocentis.

III.

De Authoribus Ignis Nocentis.

IV.

De Præſumptione ortus Ignis Nocentis, *ſeu*, unde & cujus culpa excitatus, ejuſque probatione.

V.

De pœna in Authores Ignis Nocentis conſtituta.

VI.

De Reiterati Ignis Nocentis pœna, ejuſque ob diverſas cauſas mitigatione & ceſſatione.

VII.

De concomitantibus Ignis Nocentis, ejusdemque arcendi ratione.

VIII.

De Ignis utriuſque effectu, ſeu quid operetur, vel non.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

IGnem affero non *ſacrum*, ſive in imaginem imperii argenteis altaribus *Perſarum Monarchis*, ſive in honorem *Juliani Imp.* ejus *Uxori* & *filiæ* prælatum. Non ignem novis nuptis in limine olim appoſitum, quem uterque tangere jubebatur, ut eo quaſi fœdere inexplicabili vinculo & mutuo nexu jungerentur. Non *novum* quotannis in aris Veſtalibus calendis Martiis accenſum, Non *Chaldæorum*, *Medorum*, *Aſſiriorum*, aliarumve Gentium *ignem pervigilem*, cui veluti ſacro Numini hoſtiæ mactabantur; Sed *feralem* maximè, ſed *horrendum*, *funeſtum* & *exitialem*: Qui *Romam* terrarum olim dominam, *montem Cœlium*, *partes circi* graviſſimè ſæpius adfecit; Qui *Pompeji theatrum* fortuito caſu hauſit; Qui pulcherrimum *amphitheatri* opus extra muros ſitum delevit; Quo inclytum *Dianæ* templum omni opulentiâ comparatum à ſceleſto quopiam ob id ne nomen quidem merito funditus exuſtum; Quo *Troja* & *Tyrus* flagrarunt; Quo ſigna ſæpiùs ac tentoria militum cœlitus arſerunt. Verbo adhuc hodiè vel *fato*, ſive *vi majori*, vel *dolo* & *culpa*, ſive maleferiatorum hominum, ſive inconditi ac truculenti mi-

SBR069026638185

litis, ſive aliorum ſceleſtorum, quandoque etiam deſidioſorum publicæ pariter ac privatæ ædes cremantur. Hic notam meretur; Hic cuſtodiam flagitat; Hic circumſpectam ubique exigit curam; Sed ab ejus Autoribus doloſis ac culpoſis juſtiſſimas expetit pœnas, ne Urbs, vel tota quandoq; Regio ruinis involvatur, neve ejus aſpectus deformetur, nedum maleferiati homines citra ullum certè ſui commodum, Ah quantula enim, niſi ſtygii Plutonis voluptas; Igne aliorum bona tollere; in tam fœdo, tam horrendo delicto impuniti abeant; at impuniti ad ulteriorem nocendi libidinem accendantur. *Romani veteres* hoc in negotio, ut meretur, ut par eſt, ſumma cura evigilarunt: Hinc apud eos arcendis incendiis Triumviri præerant, qui qer totam noctem vigilabant, calceati cum hamis ac dolabris coërrantes: Hinc *Auguſtus* nulli magis quam ſibi Reip. tutelam convenire ratus ſeptem cohortes opportunis locis diſpoſuit, ut binas urbis regiones unaquæque cohors tutaretur; Hinc *Romani* utpote pœnarum metu ac præmiorum exhortatione cives bonos efficere enixiſſimè contendentes ipſos incendiarios modo vivi comburii, modo gladii, modo fuſtigationis, modo exilii & relegationis ſupplicio mulctarunt. Neque hoc accuratiſſimum certè, imò Rebuspublicis fructuoſum Magiſtratus Romani inſtitutum aſpernata eſt poſterior ætas, quin potius omni ſtudio arcendis incendiis, juſtiſſimisque Incendiariorum pœnis incubuit. Laudem verò à proximo ſeculo imprimis poſt ſanctiſſimum, cui illatus, manſoleum, meretur *Carolus* V. Heros, dum viveret, invi-

invictus, indomitus toto orbe inclytus, qui prachmatica lege criminali Incendiarios ad unum omnes, nullâ ſexus, ſtatus, vel meritorum habita ratione, non modo ut lethalem Reip. peſtem è humana ſocietate proſcripſit, verùm etiam Vulcano, cui ſtrenuè hactenus litarunt, totos ſacravit. Quando igitur publicè intereſt, Urbes à ruinis, ab incendiis, ab horum Autorum occultis partim, partim apertis inſidiis vindicare, interea non minus cauſas & caſus hoc in negotio â ſtirpe exquirere convenit, utrum ſc. *fato*, an *dolo*, vel *culpâ* ignis excitatus, ne cum inſonte inſons eandem contra fas & æquum ſubeat pœnam, adeòque materia de *Igne nocente* non magis utilis eſt, quàm frequens, perampla & intricata, multisque quotidianis controverſiis involuta, obſervantibus plurimis *Farinacio*, *Menochio*, *Mynſingero*, *Berlichio* & ab his *Davide Mevio Com. Jur. Lub. lib.3. tit.8. Art.1. n.12.* placuit hanc conclamatis hiſce cineres ac flammas ubique locorum, heu dolor! heu lachrymæ! oſtentantibus temporibus præ ceteris evolvere, non quaſi nova prorſus & accuratiora præ aliis JCtis afferre geſtiat animus, quippe ingenium meum ſemper littus amavit, nec in altum ambitionis ſe unquam abripi permiſit, ſed quod jam ante ſparſim â plerisque tradita faciliori, ſeu magis perſpicuâ methodo, inſertis nonnullis ab his planè intactis, junctoque partim *Igne innocente* uno ambitu comprehendere, iisque orbi literato inſervire generoſa voluntate, quæ laudem per ſe meretur, licite contendat, Tu

ALME DEUS, qui res penitus deſperatas donare ac virtutis tuæ magnitudine conſummare potes, *§. 2. de concept. ff.* adeſto labori, ſed Tu, CANDIDE LECTOR, fave conatui!

ADSTITE DEO
Diſſertationis Iuridicæ Theoretico Practicæ,
De

JGNE NOCENTE,

EXCITANTIUM POENA, EJUSQUE ARCENDI RATIONE
tum
RELIQUO INCENDIORUM IURE,
Vom

Schaden-Fewr /

Deſſen Verurſacher Beſtraffung
und
Stillungs-Mittel.

CAPUT I.

De
VARIA IGNIS NOCENTIS & INNOCENTIS CONSIDERATIONE,
Tum
UTRIUSQUE DESCRIPTIONE.

§ I.

Quatuor in hoc univerſo exiſtere Elementa; AEREM, AQUAM, TERRAM & *I*GNEM, conſtans eſt Phyſicorum veterum præ recentiorum vanis opinionibus ſanior doctrina, quam ipſe ſenſus communis & experientia firmat, *Sennert. Nat. Scient. lib.* 2. 3. *p. m.* 22. *Sperling inſtitut. Phyſic. lib.* 2. *prac.* 2. Hæc qua ſuas cauſas & naturam ſcrutatur *Phy-*

Phyſicus, quatenus vero in iis civibus *Ius* eſt,& inde actio pullulat,evolvit *Iuriſperitus*, utpote veram, non ſimulatam Philoſophiam affectans,*l.* 1. *§.* 1. *ff. d. Iuſtit. & Iur.* Ceu de AERE patet è *l.* 3. *§.* 1. *ne quid in hoc publ. l.* 13. *§. ult. de injur. l. pen. §.* 2. *quod vi aut clam. l.* 1. *ff. de ſervit. urb. præd.* De AQUA è *l.* 1. *§.* 3. 4. *& t. t. de aqu. quotid. & æſtiv. l.* 2. *l.* 3 *ne quid in loco publ. ibi. Litora, in quæ Populus Romanus Imperium habet, populi Rom. eſſe arbitror. l.* 4. *l.* 5. *ff. de R. D. l.* 14. *de a. r. d. l.* 13. *§.* 7. *ff. de injur.* De TERRA è *l.* 30. *§. novalis & ſeqq. ff. de V. S. ibique Gæddeus per tot. & l.* 9. *ibi. Mundi Dominus ff. ad L. Rhod. de jactu.* DE IGNE ad ultimum è *l.* 11. *§.* 1. *ff. locat. conduct.*

§ II.

De hoc poſtremo, quatenus legali ſubeſt conſiderationi, in præſens acturus è veſtigio IGNEM legaliter conſiderari ut NOCENTEM, vel INNOCENTEM animadverto è *l.* 11. *§.* 1. *ff. locat. conducti.* INNOCENTEM dico, *qui ea parte fundi, aut ædium habetur, ubi minime nocere poteſt*, id eſt *uſitato loco in fornace, furno, caminis, &c.* Iſque innoxius, id eſt circumſpectè accenſus & cuſtoditus, gewöhnliches Fewr im Hauſe zu allerhand Behuff und Notturfft / vide *Gothofred. ad d. l.* 11. *§.* 1. *ff. loc. conduct.* Ad hæc veteri conſveto loco inſtitutus; Quare ignis receptacula, maxime qua balnea publica & officinas piſtorias de novo abſque Magiſtratus & vicinorum conſenſu exſtrui recte omnino *Iure Lubecenſi* vetantur ob periculum ignis *lib.* 3. *tit.* 12. *Art.* 12. ibi: Es mügen auch keine Schorſteine/oder Fewr-Städte/da hiebevor keine geſtanden/angerichtet werden/ohn der Nachbahren Willen und Vergonſtigung/ in tantum, ut nec tacitus ſufficiat aſſenſus è ſilentio, vel tolerantia, ſed expreſſus requiratur, außdrückliche Bewilligung, *Mev. in Com. d. tit. n.* 2. *Art.* 11. Et licet jure communi in ſuo fornacem, furnum, vel ſimile ignis receptaculum ædificare permittatur, quandoque etiam invito ſocio, ſi paries ſit communis, *l. ſicut autem §. Pomponium ff. ſi ſerv. vind. Surd: conſ.* 117. 1. 8. *v.* 1. *Capoll. de Serv. c.* 51. Attamen periculum ignis abeſſe, ejuſque nomine cautio de damno infecto etiam à divite præſtari debet, *l. fluminum §. præterea ff. de damn. infect. Capoll. d. l. c.* 64. *n.* 2. *Coth. vol.* 2. *conſ.* 93. *n.* 62. *Alex. in l.* 1. *ff qui ſatis d cog.* NOCENTEM; quem hic imprimis evoluturus, deſcribo, *qui ea parte fundi, aut ædium habetur, ubi maxime nocere poteſt, propter ſtipulatam forte, fœnum, ſtramen, ſimiliaque ignem facillime concipientia &c., quo ſegnius cuſtodito, domus, inſula, villa, horreum, ſtabulum, aliave prædia tam urbana, quam ruſtica, pariter ac ſegetes, arbuſta. ſylvæ, prata, vineæ, verbo, res mobiles & immobiles, tum ſe moventes, doloſe, aut culpoſe vel etiam fato, ſeu vi majori præter dolum & culpam ſive in totum, ſive pro parte deuruntur, Gothofr.*

in

in not. ad d. l. 11. §. 1. ff. locat. conduct. Rittershuſ. ad l. contractus 23. ff. de R. I. cap. 18.

Annotata ad Cap. I.

§. 1. *Sanior doctrina*) Sunt enim elementa corpora ſimplicia naturalia omnis miſtionis expertia ſub cœlo & concavo lunæ contenta ad univerſi integritatem, miſtorumque conſtitutionem à DEO facta, ita ut mixtum, dum reſolvitur, in ea reſolvatur. Qua ſtante definitione, dum quatuor ad univerſi integritatem, miſtorumque conſtitutionem concurrunt, & omne mixtum, dum reſolvitur, in totidem quatuor viciſſim reſolvitur, quatuor ſunt, & eſſe debent Elementa: Argum:

Quibus nutrimur ac conſervamur, iiſdem conſtituimur;
A*t qui quatuor Elementis nutrimur ac conſervamur: E. iiſdem conſtituimur.*

Item:

In quot elementa mixtum reſolvitur, tot quoque conſtat Elementis:
A*tqui in quatuor elementa mixtum reſolvitur E.*

Minor prioris *Syllogiſmi* nititur experientia & ratione, nutrimur enim partim cibis è terra & aqua tanquam elementis conſtantibus, ut carne bubula, & ſic duo aperte jam dantur elementa, *terra* & *aqua* quod ipſe diſſentiens *Heerebort* largitur. Nutrimur & conſervamur A*ere* & *igne*, niſi enim aerem hauriremus ad cordis refrigerium, ne per horam quidem viveremus, imo niſi igne rigidi quandoque artus refocillarentur, actum eſſet de corpore humano; Sunt itaque & hæc duo Elementa, quoniam miſti conſtitutionem ingrediuntur, atque ad hujus conſervationem faciunt. Nec eſt quod objiciat *Heerebort* Aere non ſic nos nutriri, ut in alimentum corporis cedat, qs. vero ſola alimenta ad conſtitutionem corporis humani facerent, nec *aer* ſimul, vel *ignis* hominem conſtitueret ac conſervaret, quod abſurdum eſt, aere enim quoque tanquam cibo paſcimur, igne ejuſque calore refocillamur, quatuor itaque omnino dantur elementa, quoniam hæc quatuor ad corporis mixti conſtitutionem concurrunt.

Major poſterioris argumenti nititur vulgato canone; in quæ quid reſolvitur, ex iis conſtat.

Minor probatur ex oculari experientia V. G. ſi lignum viride comburitur, cernitur *flamma*, quæ *ignem* demonſtrat, viſuntur deſtillantes per ipſas ligni extremitates *aquarum guttulæ*, quæ *aquam* oſtendunt, cernuntur *cineres*, qui craſſam *terræ* materiam participant, ſurſum erumpit *fumus*, qui *aerem* arguit, quod nemo hactenus negavit: Sic charta reſolvitur in *aquam* dum combuſta *ſuccum* emittit, *in terram* dum *cinis* adeſt, in *aerem*, quia *fumus* erumpit, in *ignem*, quia accenſa *flammam* exhalat.

Nec

Nec obſtat I. Qua aerem : *Locus Stellarum eſt cœlum.*
Aer eſt locus ſtellarum. Erg.

Minor probatur Expanſum, ſeu Firmamentum ſecundo die creatum eſt locus ſtellarum. Aer eſt illud expanſum. E. Major radiat è *Gen. c.* 1. *v.* 6. & 17. Minor: *Proſyllogiſmi* rurſum probatur: *Quidquid dividit aquas ſuperiores ab aquis inferioribus, illud eſt expanſum. Atqui aer hoc facit Ergo.*

Major eſt in *textu Gen*: *c.* 1. *v.* 6. 7. 8. *Minor probatur*: *Quod immediate aquas inferiores tangit, & ab iis uſque ad ſuperiores extenditur, eaſque ſimiliter immediate tangit, id aquas ſuperiores ab inferioribus dividit*: Atqui Aer *hoc facit Ergo.* Sed reſp. Magnæ molis eſt, aereum demoliri regnum: In primo Syllogiſmo *Minor* eſt falſisſima; Aerem eſſe locum ſtellarum, ſimul & adducti Proſyllogismi. *Minor* excluſive ſumpta fallit; Nam *expanſum* nomen generale eſt, & cœlo & aeri competens. Unde diſcriminis ergo nonnunquam additamenta iſta adponuntur, DEUM feciſſe luminaria in expanſo cœli, *Gen. c.* 1. *v.* 14. & aquas proproduxiſſe, volatile vero ſuper terram ſub expanſo cœli, *Gen c.* 1. *v.* 20. *Si expanſum* jam idem eſſet, quod cœlum, tautologiam haberemus: *Officii* ergo nomen expanſum eſt, non *ſubſtantiæ* & *naturæ*. *Officium* hoc & aeris & cœli eſt: Unde *expanſum cœli*, expanſum etiam aeris habemus, & magis dicendum eſt cum diſſentientibus ad cœlum poſita eſſe luminaria, non in aere, nec cœlum & aerem unum eſſe idemque.

Nec II. *Quodcunque nulla activa qualitate eſt præditum, illud non eſt Elementum.*

Atqui aer nulla activa qualitate eſt præditus Erg.

Reſp ad *Maj.* Negando conſequuentiam; Requiſitum enim Elementi non eſt, eſſe activa qualitate præditum, quia eſt requiſitum omnium entium, & ſic omnia entia eſſent Elementa, quod abſurdum, ſunt a. requiſita elementi (1) ut ſit corpus ſimplex, (2) ut ſit homogeneum, (3) ut conſtituat mixtum, (4) ut mixtum, dum reſolvitur, in id reſolvatur.

Tum etiam ad *Minorem*, eam ſimpliciter negando: *Quodcunque* enim *conſtat forma, illud activa qualitate eſt præditum*, ſed *aer conſtat forma*: *Erg.*

Major hujus Syllog. trito nititur canone: *Forma dat eſſe rei operari & diſtingvi* jam ubi Tò eſt *operari*, ibi eſt activa qualitas, juxta canonem: *Actus ſecundus præſupponit actum primum.* *Minor* per ſe patet: Aer enim eſt corpus, quod conſtat è materia & forma, imò aer hanc habet qualitatem activam, ut exſiccet atque arefaciat, expellendo atque extrahendo ſimul, extrahendo ratione ſui, expellendo ratione objecti, ſicuti terra ſiccat adtrahendo, ignis expellendo ſolùm.

Nec III. *Quodcunque in mixto non facit ad temperamentum, illud non eſt Elementum.*

Atqui aer in mixto non facit ad temperamentum E. Reſp. enim ad *Min.* ne-

gando

gando, quia activa qualitate eſt prædit9, ſc. ſiccitate, ſi non ſumma, tamen accomoda, quæ eſt qualitas prima concurrens ad temperamentum.

Nec IV. *Quodcunque ipſius mixti materiam ut ſic non ingreditur, illud non eſt Elementum:*

Aer ipſius mixti materiam ut ſic non ingreditur E. Reſp. enim ad *Major.* negando ejus conſequentiam, ingredi enim materiam mixti ut ſic non eſt requiſitum Elementi, quia & principia Chymica mixti materiam ut ſic ingrediuntur, *Sperl. Inſt. Phyſ. l.* 5. *c.* 4. *q.* 1.

Deinde ad *Minorem* æque negando, Aer enim mixti materiam utique ingreditur, eam permeando, eique ſecommunicando & mixtum conſtituendo, quod proprie eſt materiam ingredi, & quidem ingreditur materiam mixti, vel conſtituendi, vel conſtituti: *Illam* ut ſic, *hanc* poros replendo; Et ſane aerem eſſe in corporibus mixtis varia docent corpora mixta aquæ ſupernatantia, tum liquida, ut olea, tum ſolida, ut ligna, quibus aer iſtam levitatem conciliat.

Nec Vto.

Quicquid in poris mixtorum tantum continetur, illud non eſt pars mixti, multo minus Elementum illud conſtituens.

Atqui aer in poris tantum continetur E.

Reſp. enim ad *Majorem* limitando: *Quicquid in poris mixtorum tantum continetur, quâ corpus jam conſtitutum, nec ultra per poros ſe corpori mixto, hoc ipſum informando, inſinuat, illud non eſt pars mixti*: & ſic negatur minor, Aer enim non in nudis poris continetur, ibique quaſi obdormiendo acquieſcit, ſed ultra per poros ſe corpori mixto jam conſtituto inſinuat & materiam ejus informat, licet ab initio non conſtituat, ingreditur enim aliquid materiam vel conſtituendo, vel informando.

Nec VIto.

Quicquid non poteſt cohærere, nec unum continuum fieri eum corporibus craſſioribus, terra & aqua, illud non eſt pars mixti.

Atqui *Aer non poteſt cohærere &c.* propter corpus ſuum nimis tenue ac fluidum, cui reſiſtit corpus craſſum ac denſum, *E.*

Reſp. enim ad *Majorem* limitando; *Quicquid nec permeando, nec ulla aliqua ratione ſeſe corporibus denſis communicando cum illis poteſt cohærere &c:* & ſic negatur Minor: Etſi quadantenus terræ & aquæ denſitas cohæſioni cum aëre reſiſtere videtur, non tamen in totum reſiſtit, ſed aer permeando, circumeundo & quaſi circumlabendo, & ſeſe congrua ratione communicando optimè cum illis cohæret.

Neque etiam ex hoc capite impugnatur quaternarius Elementorum numerus, quod ignis Elementaris non ſit Elementum; argumentamur enim:

Quicunque concedit, dari ignem, ille etiam concedat neceſſe habet, dari ignem elementarem.

Ma-

Major eſt manifeſta, quia ignis ille, qui conceditur, aut eſt corpus ſimplex, aut mixtum, ſi corpus ſimplex, habemus, quod volumus : Omne enim corpus ſimplex ſublunare eſt Elementum. Si eſt corpus miſtum, iterum habemus, quod volumus, nam dubio procul igne tanquam ſimplici & Elementari corpore conſtat. vide *Sperling p. 575. & ſeqq.* Adhæc quivis ignis culinaris ignem Elementarem in ſe continet ſed alienis qualitatibus & corporibus accidentaliter immerſum.

Nec obſt. I.

Quicqnid nihil aliud eſt, quàm corpus aliquod incenſum, quâ incenſione durante durat, deſinente deſinit, illud non eſt Elementum, ſed corpus mixtum.

Atqui ignis nihil aliud eſt, E.

Reſp. enim ad *Minorem* negando, aliud enim eſt corpus, quod accenditur, aliud flamma in corpore incenſo : aliud duratio flammæ & duratio ignis: Corpus quidem, quod accenditur, revera miſtum eſt, ſed malè ab hoc infertur : E. *ignis etiam, qui in accenſo corpore conſpicitur, miſtum eſt.* Neque etiam tam diu ille ignis durat, Flammæ enim extinctio non eſt ignis corruptio, vel annihilatio, ſed diſperſio.

Nec II. Quod nullibi in *Scripturâ* præſertim 1. *Gen.* Elementi ignis mentio injiciatur. Reſp. enim *Scripturam* non eſſe normam controverſiarum Phyſicarum, unde eâ de rebus Phyſicis tacente, non protinus etiam tacere debet *Phyſicus :* Interim, quoties ſcriptura mentionem facit ignis, toties mentionem quoq; facit elementi.

Nec III.

Quicunque ignis non eſt lucidus, non eſt ignis ;

Ignis Elementaris non eſt lucidus ; E.

Reſp. enim ad *Majorem* limitando : *Quicunque ignis planè ex aliqua parte, nec ſui naturâ eſt lucidus, ille non eſt ignis ;* atque ſic negatur *Minor* : Eſt enim ignis elementaris utique è ſui naturâ lucidus, ſed propter ſubjectum bene compactum non uſque adeo ſplendet, quo quid enim rarius, ac tenuius eſt ; eo minus lucet.

Nec IV.

Quicunque ignis non calefacit, nec comburit, ille non eſt verus ignis,

Atqui ignis Elementaris nec calefacit nec comburit. E

Reſp. ad *majorem* limitando : *Quicunque ignis neque actu, neque potentia ſua comburit ; ille non eſt verus ignis.* Et ſic negatur *Minor*, utique enim calefacit ſua naturâ ac urit ignis elementaris ; ſed quod actu non urit, oritur ab objectorum caloris ac uſtionis receptibilium diſtantia, ut enim ignis urat, à partium propinquitate frequentia, coagmentatione, cohæſione ac unione provenit, ut *Scaliger* loquitur: Quando enim ignis elementaris non quidem ſub concavo lunæ, ſed in loco remoto deliteſcit & in ſua ſphæra non lucet, proinde nec à nobis conſpicitur, ob id, quod nimis rarus ac tenuis eſt, neque lux niſi in corpore compacto ac denſo ſplendorem jaculatur.

Nec V.

Quodcunqve in natura nullum habet uſum, illud non eſt Elementum.
Atqui ignis Elementaris in naturâ nullum habet uſum, dum ob loci inter capedinem & levitatem ſuam deſcendere nequit in miſta *E.*

Reſp. ad *majorem* negando conſequentiam : Multorum enim nos ignoramus uſum, quæ propterea haud neganda ſunt.

Nec VI.

Naturam ſemper amasſe numerum ternarium, E. etiam hîc.

Negatur enim conſequentia, quando à ſpecie ad ſpeciem concludere non permiſſum.

Veram, non ſimulatam Philoſophiam affectans) Intellige *intimam Philoſophiam* juxta *Ciceronem* 1. *de L. L.* è cujus *præceptionibus* in omni ſcientia *verus ICtus* veluti, ut taceam *Philoſophiam inſtrumentalem*, de partu legitimo, de vulnere letali, de affectibus & facultatibus animæ *Phyſicis*; de finibus regundis & communi divibundo *Geometricis & Arithmeticis*, de Iuſtitia tam diſtributiva, quam commutativa, contractibus, prœmiis, pœnis, conjunctione maris & fæminæ, vectigalibus &c. *Ethicis* ac *Politicis* &c. *Artem boni & æqui* profitetur, l. 1. ibi. *veram*, id eſt realem, è qua ceu fonte LL. ſunt, quoque tendit bonum & æquum ipſum, *non ſimulatam*, id eſt fucatam, ſeu apparentem, futilem inanem & argutiarum plenam, qualem plerique Philoſophorum habitu ipſo, pallio, barba ad pubem uſque porrecta, crine vultu, ſonituq; vocis objurgatorio mentiebantur, *Gell. N. A. l.* 5. *c.* 10. 9. *c* 12. 10. *c.* 22. 17. *c.* 19. *Sen. Ep.* 49, *affectantes*, id eſt nimis exquirentes, alii affectantes *ff. de I. & I.* ubi *Cor.* adde *Conr. Friedlieb Tract. de Honeſt. & Modeſtia ICtorum c.* 1. §. 4. *qui ſub prælo fervet & Brandes de Vera & Simul. ICt. Philoſ. c.* 2 *p. m.* 15.

L. 3. *ff. ne quid in loco publico ibi: Litora, in quæ populus Romanus imperium habet, Populi Romani eſſe arbitror*) Et hinc facile evincitur dominiũ, vel imperium maris, dum enim litora Populi Romani eſſe ſignate tradit. Celſus hic, quid reſtat, quã ut concludamus & mare ejuſdem imperii eſſe: Licet non maris uſum communem ſimul affirmet, ut aeris, attamen illud confeſtim temperat, ut verum ſit, niſi quatenus deterior futurus maris, aut litoris uſus; Si igitur quatenus deterius uſu non fiat mare, eſt commune, utiq; non abſolute commune eſt, Ioh. Strau. de Imp. Mar. cap. 3. N. 5. Nec certe privato maris imperio, aut dominationi, ut alias ob inexhauſtam ejus abunbantiam & magnitudinem diverſus eſt H. Grotius Tract. de mari libero c. 2. 3. 2. Ius naturæ, vel Gentium, vel Romanum, aut recepti mores repugnant. Saxo Grammaticus lib. 7. hiſt. Daniæ Ianus Janzowskius ſyntagm. ſtatutor. Polon. lib. 3. tit. 1. fol. 199. & omnium fuſiſſime Johannes Seldenus de de Domin. mar. lib. 1. c. 19. & per tot lib. 1. quippe immenſitas (præter id quod alias communiter traditur, eum qui habet in terra, etiam habere in mari terram alluenti

enti dominium & juriſdictionem in quantum territorium ſe extendit prope mari,& quidem uſque ad centum milliaria à littore, Bald. conſil 51 lib 4. Iohan. Andr. & Dominic. in cap. 3. de elect. in 6to Hieron. de Monte Tractat. fin. regund. cap. 39. n. 3. Klock. tom. 1. conſil. 5. n. 9. & ſeq: Inſtrum. Pacis artic. 10. & magnitudo maris univerſi, ſeu oceani, qui extima terræ amplectitur, non obſtat, quo minus per partes occupari & certis terminis poſſit diſtingui, *ſcopulos ſiquidem*, ut verba ſunt Johan. Seldeni, *eminentes, brevia, adverſa invicem promontoria, inſulas hinc inde ſparſas habemus, è quibus linearum rigores, verſuræ, coxæ, gammata ſumantur, ad territorium marinum determinandum. Numerantur item veteribus orbis terrarum maria non aliter ac oppida, flumina, Inſulæ, montes veluti non minus invicem determinata &c. Accedit egregiæ nauticæ pyxidis & graduum cœleſtium ſive longitudinis, ſive latitudinis, atque ex his triangulorum auxilium &c. Tropicus item cancri, & Æquator in mare fuere termini, quibus finiere aliqui fœdus inter ordines Belgiæ fœderatos & Auſtriacos Anno M. DC. VIII. contrahendum. Et in fœdere inter magnæ Britanniæ & Hiſpaniarum Reges nupero æquator, eſt in mari terminus. Imo termini in cœlo & aere poſiti ſunt referente Hieronym. de Monte tract. de fin. reg. c. 7. tempore Alexandri Papæ VII. inter Luſitanos ſive Portugallenſes & Caſtellanos dividendo inſulas Indiæ noviter repertas per lineas graduum cœli.* Confer omnino Strauch. de imperio maris dict. loc. & Friedlieb de Poſſeſs. cap. 4. n. 40.

Et l. 9. ibi mundi Dominus A. ad L. Rhod. de jactu. Quæ non tantum de *juriſdictione Principum* in terris, vel *protectione* omnium rerum, quæ in mundo, ſeu imperio Romano, ejusque terris ac ditionibus ſunt, ut inepte ſomniat Gerdeſius Tyro in admodum vitioſa Principia juris evertente, Disp: de Stipendiis Mil. Togatorũ ſed de *ipſo jure dominii Principum in terris* omnium rectius intelligitur, ſc. quod Romani imperatores tum temporis totum orbem, intellige tamen *Romanum*, quandoquidem innumeræ gentes potiſſimum ultra Euphratem huic nunquam ſubditæ, ſed tantum fœderatæ fuerunt, ut patet è *l. 5. §. in pace ff. de captiv. & poſtlim l. 2. C. de off. præf. Prat. Afr. Hug. Grot. de jur. Bell. & Pac. lib. 2. c. 22. tum Arniſ. de jur. maj. c. 2.* in *dominio* habuerint. Unde illud *Martialis Roma terrarum domina* & *Iuſtiniani* imperatoris in *l. un. §. fin. autem C. de rapt. virg. noſtri orbis Regiones*, tum in *Nov. 69. quæ noſtris obedit ſceptris*, quæ, licet non totum terrarum orbem, in qua nec ſententia eſt *Antoninus in d. l. 9.* nec ego, ſed romanum arguant; hujus tamen *univerſale dominium* omnino inferunt, non tantum *juriſdictionem* & protectionem. Conſtans enim eſt Saniorum Doctorum, præſertim publiciſtarum ſententia, Imperatorem eſſe *Dominum univerſalem*, quamvis non rerum particularium, ita ut omnia imperio poſſideat, ſinguli dominio, quo ſenſu Joſephus Veſpaſianum Cæſarem δεσπότην καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, *Dominum maris & terræ* appellat, ſed *Ligurinus* Poeta notanter ſcribit:

Quicquid habet locuples, quicquid cuſtodit avarus
Iure quidem noſtrum eſt, populo concedimus uſum.

Atque hoc inter alia luculenter oſtendunt *pedagia portoria & vectigalia* in ditionibus inſtituta, quæ ipſam Rempublicam, ſeu Principem totius ditionis univerſalem Dominum eſſe argumenro ſunt, imo perſpicue oſtendit ICtus in *l.* 3. *ff. ne quid in loc. publ.* dum littora, inquit, in quæ populus Romanus imperium habet, populi Romani eſſe arbitror, id eſt in *univerſali illius Dominio*, non tantùm *juriſdictione*, aut *protectione* ita ut, licet omnium, privatorum etiam uſibus deſerviant, non tamen in privato, ſed Reipublicæ ſint dominio, nec liceat privato eorum uſum facere deteriorem confer *Alciat.* 2. *diſpunct. c.* 5. ubi exſertis verbis dicit: *Nam Imperator mundi Dominus eſt.* à quo nec divertit *Limnæus de Iur. Publ. l.* 2. *c.* 8. *n.* 21. ibique in *addit.* in verbis: *Unde veriſſimum arbitror Antoninum proprio motu in reſponſione ſe Dominum mundi & quidem citra ullam arrogantiæ notam appellaſſe, quaſi diceret: Ego quidem Dominus Mundi, hoc eſt ejus partis mundi, quæ Romano Imperio ſub eſt, & ſub qua Ciclades, quas inhabitant publicani, â quibus vos direptos dicitis, continentur, ſed cũ lex Rhodia de rebus nauticis in mari obſervetur permisſione noſtra, quatenus nulla ei noſtrarum legum adverſatur, ut hoc in caſu, querela ſeundum legem Rhodiam judicari debet* adde *Paurmeiſt. de juriſd. lib.* 2. *cap.* Adhæc contradictio eſt in adjecto *dominium* exercere & *protectionem*, deinde etiam oppoſita ſunt *imperios Iur, dictione* & *protectione* ſimul gubernare, prius ſc. *dominium* eſt jus liberè de rebns diſponendi, arg. *l. fin. C. Mandati* poſterius *protectio* tantùm infert defenſionem, deinde *Imperium* eſt Reip. in perſonas ac res ditionis ſuæ poteſtas juxta *Paurmeiſt. de Juriſd. lib.* 1. *cap.* 3. *Iuriſdictio* poteſtas jus reddendi de cauſis civilibus & privatis jure magiſtratus competens, *Sutholt de Juriſd. Aphor.* 173. *Protectio*, ut jam ante dictum, *nudam* infert *defenſionem*, nullam *Iuriſdictionem*, E. iſta omnia miſerè confunduutur, unumque alterum deſtruit, nam dum dominus eſt, non poteſt dici merus protector, & qui imperium univerſale habet, non tantum Jurisdictione pollet, qui vero Jurisdictione gaudet latiori poteſtate eſt inſtructus, quam merus protector.

§ II.

Abſque Magiſtratus & vicinorum conſenſu) Vicinorum enim maxime intereſt ob periculum ignis, qui pro exercitio artis continuo in iis locis alirur; Senatus autem eſt, ad commoda civitatis, civiumque reſpicere, an ſcilicet publice expediat illorum copia, ſimulque dignoſcere ex æquisſimo arbitrio, qui propriè periculoſas atque intolerabiles artes exerceant, quales communius habentur Cereviſiarii, Brauer und Drögmaltzer, Fabri Schmiede / Figuli, Töpffer / Coriarii, Sehm oder Gärber / Piſcium emollitores, Fiſch-Weiher / apud nos, die Hacken

cken/Sebiliquatores, Tallig-Schmaltzer / Aurifabri, Goldſchmiede / Fabri ærarii, Kupfferſchläger/Lebetarii, Glock-und Krapengieſſer/ Laniones, Knochenhauer/ Smechmatis Coctores, Seiffenſieder / Vini diſtillatores, Brandtwein-Brenner / Cauponarii, Krüger/Piſtores/Becker/*Ius lub. lib*, 3. *tit.* 12. *Art* 12. Per *Vicinos* autem intelligunt non modo, ut in *favorabilioribus*, remotiores, *arg: l. non ſolum ff. de N. O. N.* vel, ut in *odioſis*, proximi, qui contiguas ædes habent, *Rebuff in l. pupillus §. oppidum ff. de V. S.* Sed omnes, quos attingit periculum, ſive *proximas* ædes habeant, ſive *remotiores*, ſive *collaterales*, ſive è regione, licet tamen hoc in negotio proximorum conſenſus magis, quam remotiorum diſſenſus attendatur, ſi horum non tanti, ſed minus interſit, ſecus ſi par omnium ſit incommodum, *Mevius in Com. dict. lib.* 3. *tit* 12. *Art.* 12.

Ut nec tacitus ſufficiat aſſenſus è tolerania & ſilentio) Intellige ab initio, ſecus ſi per annum nemo contradixerit, ex adverſo alter artem ſuam exercuerit, tum enim ſilentium annuum jure ſtatutario lubecenſi, licet Iure civili longo demum tempore ſervitutes Urb. prædiorum præſcribantur, *Weſemb. in parat. ff de Serv. n.* 5. Vicinis privatam ob cauſam, non æque publicam poſt annum & diem novum opus impugnantibus omnino obſtat, *Ius lub. lib.* 1. *tit.* 8. *Art.* 2. in tantum, ut nec novi operis nunciatio, nec actio negatoria, nullumve interdictum pro reſtituendis vi aut clam exſtructis competat, vel minimum mandatum de demoliendo concedatur, Mev. in Com ad d tit. 8.

Ædificare permittatur quandoque etiam invito ſocio) ita ut ignis foveatur temperatus & familiaris, leidtlich und gewöhnlich Fewr/ vid. *Cæpollan d. tract. cap.* 64. *n.* 6. *Fumum* vero per æque invito vicino in alienum immittere jure communi non permittitur, *d. l. ſicut a. §.* A*riſto ff. ſi ſerv. vindic.* quod intelligas de magno atque immoderato, adeoque gravi & nocivo, minimè verò de illo, qui ex igne in ſuo ſolo excitato aſcendit, *Caſtrenſ. in d. §* A*riſto Frid.* M*arc. deciſ.* 498. *p.* 1 *num.* 2.

Res mobiles & immobiles tum ſe moventes Mobiles vocantur, quæ de loco in locum ſalvæ ac integræ moveri, vel transferri commodè posſunt, *l.* 77 *ff. de legat.* 3. *l.* 15. *ff. de re Iudic.* Germanis beweglich Güter/ fahrniß, fahrende habe/alles/was geführet/ oder getragen/ oder auch von andern beweget werden mag/ ut aurum, argentum, ſive in rudi, ſive ſignata forma, baar Geld, veſtimenta, utenſilia & ſuppellex domus, Kleidung und haußgerath, penſiones exigibiles, Betagte, oder fällige Zinſen bey Leben deß verſtorbenen, ſive è mobilibus, ſive immobilibus proveniant, *Beuſt. ad l. admon. num.* 957. *verſ. non eſt novun Schneidw. de ſucceſſ. inter vir & uxor n.* 37. *Geil.* 2. *obſ.* 10. 1. 3. tum merces & negotiationes pariter ac lecti & linteamina, etiam in diverſorio publico exiſtentia Kauffmans- oder Krahmwahren / Leinen/oder Bett-Gewand/auch zum Gaſt-Hoff gehörig/de quibus etſi varia eſt inter Doctores concertatio, an mobilium appellatione veniant, ut videre eſt apud *Covar*

ruv

ruv. l. 2. var. reſol. c. 5. n. 3. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. l. 9. c. 2. n. 47. & c. 3. n 12. Matth: *Coler. de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 6. Heig. p. 2. q. 15. per tot. Berlich. p. 3. concluſ. 30. n. 23. Hahn. in not. ad Weſemb. tit. de R. D. n. 4. verſ. niſi per interpret. l. 1. §. 1. & l. 5. § 4. ff. de tribut. act. l. 1. C. de V. S. l. 32 § 2. ff. de uſufr. leg.* facilis tamen eaque aperta de mercibus, eas nempe mobilibus rectius annumenari, eſt deciſio in *l. 66. ff. de V. S. 32. § 2. ff. de uſufr. ubi Gœd. n. 4.* confer. *l. fin. ff. de condict. tritic. l. 22. ff. de O & A. l. 23. §. fin. ff. de legat. 3. l. fin. § quoties ff. de public. & vectigal.* eaque nec inconcinna, cum enim â mercando, quod nundinari proprie eſt, merx dicta ſit, res autem immobiles à nundinis hujus loci ad alias nundinas exportari & importari facile nequeant, hæ eapropter res immobiles dici congruè non merentur. *Gœd. dict. loc.* Lecti vero & Linteamina, utut maximè ad hoſpitii uſum deſtinata naturam tamen rerum mobilium exuere nequeunt, eo quod ſolo nec inhæreant, nec eidem realiter ſint deſtinata, vid. *Andr. Gail. de Gerad. C. 4. n. 54.* Quibus calculum addunt *Scabini Lipſienſes* his reſponſis in cauſa *Martini* Lerchens zu Ratfeld *Mens. Ian.* A*nno* 1633. *in verbis*: Hat eure Schweſter eine Zeitlang eine Handlung mit Leinwand geführet/und deſſelben eine ziemliche Notturfft eingekaufft/in Willens ſolche hinwied r zu verhandeln/ſie iſt aber numehr Todes verfahren/und hat ihren Eheman an einen und auch ihren Bruder anders Theils nach ſich gelaſſen/ꝛc. So hat ſie bemeldte Leinwand v. Waaren/ſo ſie in ihrer Handlung geführet/ als beweglich Guth/auff ihren lebendigen Eheman bracht und verfället / und ihr habt daran keine Foderung/ſondern ihr Laſt Euch an dem Gaſthofe und unbeweglichen Gütern billich begnugen V. R. W. & in eadem cauſa his verbis: So hat ſie bemeldten Leinwand und Waaren/ſo ſie in ihrer Handlung geführet/ wie dann auch die Betten/unangeſehen ſie dieſelbe zur Gaſtung/ und in ihrem Hauſe und Gaſthofe gebrauchet als beweglich gut / auff ihren überlebenden Ehemann bracht und verfellet/ und ihr habt daran keine Foderung/ſondern laſſet euch an dem Gaſthofe und unbeweglichen Gütern billich begnugen V. R. W. apud *Carpz. pr. for. p. 3. conſt. 24. def. 9. & 10. adde Rihter de ſucceſſ. Sect. 4. m. 2. n. 13. Struv. Syntagm. Iur. univerſ. lib. 1. tit. 3. de R. D. Th. 82.* IMMOBILES vel ſunt revera & naturaliter, vel civiliter per inpretationem tales. *Naturaliter imobiles* ſunt res corporales natura ſua moveri impoſſibiles, unbewegliche Güter/liegende Gründe und Erbe ut *fundus, ager l. 1. ff. de condict. tritic. l. 7. de uſufr. l. 27. l. 32. l. 115. l. 148. de V. S.* aut ſolo natura, arteve cohærentes, ut *arbores in ſylvis, l. 44. ff. de R. V. Granaria, l. 18. de action. empt.* aliaque *ædibus* adfixa, ſo Erd und Nagelfeſt iſt. vid. *l. 17. ff. dict. tit. l. 10. ff. quod vi aut clam l. 22 § nec vero C. de admin. tut.* pariter ac *molendina* tam fluminibus inædificata, Waſſermühlen/die dem Grunde und Boden anhangen/*l. 1. § plane ſi quis & ibi gloſſ. de*

vi &

vi & vi armata Beuſt. d. loc. verb. circa bona mobilia, quam aquatica & pneumatica, Schiff-und Wind-Mühlen/ut ut diſſentit *Carpzow. prax. for. part. 5. conſt. 24. def.* 8. in verbis ſententiæ latæ in cauſa Hanſen von Mergen thals Menſe Junio Anno 1633. ibi: So hat ſie die Bahrſchafft und Fahrniß auff Euch den überlebenden Ehemann/das Gut aber auff ihre negſte Erben gebracht und verfället/jedoch bleibet euch auff ſolchem Gute die Weinpreſſe auffm Weinberge/ſo woll die Schiff-Mühle auffm Waſſer/ nebſt andern mobilien billich/ V. R. W. vid. *Hering. tract. de molend. q. 8. n. 16. Hahn. & Struv. d. loc.* denique auri & argenti fodinæ, pariter ac metallicæ, Bergtheile *Wehner in obſ. pract. lit. F. voce* fahrende Habe. . *Civiliter & per interpretationem* pro immobilibus reputantur ab initio res corporales natura mobiles, ſed à re immobili civiliter inſeparabiles, ut *ſemina in agris*, die Saat/ *fructus pendentes* tam in agris, vineis, quam hortis & arboribus, das Korn auff dem Halm/die Weintrauben an den Stöcken/das Obſt auff den Bäumen/ *d. l. 44. ff de R. D. C l. fin. §. fructus ff. quæ in fraudem Creditor. Salicet. in l. fructus C. de act. empt. mancipium ruſticum certæ glebæ adſcriptum*, arg. *l. 7. l. 15. pr. & §. 1. C. de agric. & cenſit. l. 14. C. de S. S. Eccleſ.* fimus pecorum agris deſtinatus, der Miſt auff den Höfen, Sylva cædua, lapidicinæ, canes venatici in feudo venatorio, vid. *Hahn. d. loc. n. 4. verſ. niſi per interpretationem & imprimis Dionyſ. Gothofred Prax. Iur. civil. tit. de R D. p. m. 475. & ſeqq. Frantzk. de Laudemiis cap. 16. n.* 384. deinde res incorporales tam rebus immobilibus adhærentes, & earum occaſione obvenientes, ut ſervitutes perſonales & reales, *l. ult. C. de long. temp. præſcrip. l. 2. C. de ſervit. & aqua. Gail. l. 2. obſ. 11 n. 11.* feuda cameræ & cavenæ, jus collectandi & exigendi vectigalia, pedagia, datiæ & portoria, *Card. Clem. 1. q. 9. de rebus Eccleſ. non alien. Bald. in c. 1. de cogn. feud. Alex. conſ.* 103. Decimæ, annui reditus, juriſdictio & jus piſcandi, arg. *l. 14. c. de SS. Eccleſ. Nov. 7. N.* 120. *c.* 1. vid. *Hartm. Piſtor. l. 1. q. 24. n. 64. Bocer. claſ. 4. diſp. 1. Coroll. 21. Gail. 2. obſ. 10. Mynſing. 1. obſ. 64. n. 12.* quam in mero jure conſiſtentes, ut hæreditas *arg. l. 208. de V. S. tit. inſt. de rebus corp. & incorp. Tiraquell. de retractu 1, Gloſſ. 7. n. 82.* Nomina & actiones, außſtehende Schulden/quatenus res perſequuntur immobiles, *Gail. d. l. 2. obſ. 11. n. 20. Coler. p. 1. c. 3. n. 236. Petr. Weſemb. conſ. 10. fol. 99. p. 1.* tum enim ſecundum has ipſas, quod deficientibus iis ſecus eſt, conſiderantur, *l. Cajus de legat. 2. l. 79. §. 1. de legat. 3. SchneidW. in §. retinendæ n. 11. de ſucceſſ. inter vir. & uxor.*

Denique res mobiles per *meram interpretationem* & in conſequentiam immobilibus annumeratæ, ut tormenta bellica in caſtris, quæ pro cuſtodia caſtri perpetuo ibi poſita intelliguntur, *Oldrad. conſil.* 163. *Alex & Iaſon in prælud. feud. Anton. Barbat. in c. cum dilecti X. de donat. Laudens tract. de caſtellan.* Annonæ civiles *Nov. 7. Princ.* & pecunia numerata, non quidem emtioni immobilium

ſimpliciter deſtinata, vel ex venditione immobilium red acta & harum emptioni rurſusſimpliciter dicata, ut poſt alios tradit *Matth. Steph. Olim in Acad. Gryph. Prof. direct. diſp. ad jus civ. & canonic. diſp. 8. th. 11. vol. 1.* ea enim ſemper mobilis permanet, *Gail. l. 2. obſ. 17. Henr. Nebelck. decis 11. per tot.* cum ſimplex deſtinatio nullum producat effectum. *l. 58. §. item celſus ff. pro ſocio l. 55. §. 7. de legat. 3. l. 7. §. ult. de act. empt.* ſeb vel actu proximo in emptionem rerum immobilium collocata, veluti ſi paterfamilias emerit rem immobilem, pretium verò nondum ſolverit, cui tamen hanc, quam dixi, pecuniam ſemqer deſtinavit, tum enim ea fictione illa pro re immobili æſtimatur, *arg. l. pen. ff. de milit. teſtam. l. 5 ff. de fundo dotal. Weſ conſ. 97. n: 10.* vel ad cambium transſcripta, die wechſelgelder, *Gail. d. l. Petr: Weſemb: conſ.* 10. 1. 8. vel pro conſervatione patrimonii repoſita, daß täglich brauchgeldt *Gail: d. l. n: 8: Wecbner d: l:* Ad ultimum res ſimiles rei naturaliter immobili eundemque cum ea effectum habentes, ut res pretioſæ, *l. 22. de admin. tutor.* mercatorum merces, *Damhaud. pr. civil. c 44. n. 9. Ayrer. p. 1. c. 1. obſ. 3. n. 14. & ſeqq:* locuples doctorum Bibliotheca, quæ ob id inſtar rerum immobilium ab onere ſatisdandi relevant modo poſſeſſores harum rerum ſint homines frugi, neque dilapidationis, aut ſugæ ſuſpecti: quo congruit reſponſũ Lipſienſiũ in cauſa *Zachariæ* Harniſchen contra Paul Martſchen / Anno 1635. latum his verbis: Daß Kläger mit Beſtellung deß Verſtandes / geſtalten Sachen nach / poſſedit enim magnam negotiationem / zu verſchonen / und weilen er der Klagen gewehr willig angelobet / und den Krieg-Rechtens zu befeſtigen / auch weil er ſolches in eventum annoch nicht gethan / Klagern die Unkoſten dieſes Termins auff unſere Ermaſſigung zu erſtatten ſchuldig iſt / V. R. W. vid. *Carpz. pr. for: p. 1. Conſt: 5. def: 14. Coſtal: ad L. ſciendum ff. qui ſatisd: coguntur zang. de except. p. 2. c. 21. n. 37. Stracha de mercat. p. 2. n. 25. Iacob Schulteſ. in forenſ. obſ. 14. n. 6. 13. 14.*

RES SE MOVENTES proprie dicendo ſunt vel per ſe *animatæ*, ut corpora naturalia, die ſich ſelbſt bewegen können / als allerhand Vieh / und unterthänige Leute confer *l. 1. §. 1. ff. de R. V.* vel ſuo motu *agitabiles*, ut corpora artificialia horologia, automata, *l. 93. ff. de V. S.* Notandnm tamen in ſenſu juris has à mobilibus generaliter non differre, & ideo, omnium moventium legato, non ſolum comprehendi res animatas naturaliter ſe moventes, ſed etiam inanimatas, *l. 2. ff. de ſuppell. legat d. l. 93. de V. S. l. 79. ff. de legat. 3. l. fin. de requir. reis*, niſi manifeſtum ſit, teſtatorem haſce res omni tempore diſcriminaſſe, ita ut ſolum res animantes *moventia*, inanimantes *mobilia* appellaverit, *Gœdd. ad d. l. 93. ff. de V. S. vide, omnino Friedlieb de Tempore in genere cap. 6. membr. 2. §. 3. 4. & 5.*

CA-

CAPUT II.

De DIVISIONE IGNIS NOCENTIS.

§ I.

DEſcriptionem excipit *Diviſio*, quæ facile perſpicitur è verbis datæ deſcriptionis: *doloſe*, aut *culpoſe*, vel etiam *fato*. Unde agnoſcimus *ignem nocentem* alium eſſe *doloſum*, alium *culpoſum*, alium *fatalem* vid: *l. 9. ff. de incend. ruin: naufr. l. 1. §. 9. ff. de O. & A. l. 11. ff. de peric: & commod: rei vendit: l. 18. commod: § cum autem inſtitut: quib: mod: re contrah: obligat: l. 30. prin: ff. ad l. falcid: l. 22. ff. de negot. geſt. Rittershuſ: d. l. Hahn. in not: ad Weſ. lib. 1. tit:* 14 *verſ: per negligentiam ut fieri ſolet.* Licet *quinq; modis*, quos tamē comode ad numerū hunc ternarium revocamus, *incendium* omne contingere tradat Berlich. *pr: Concluſ: part:* 4. *concl.* 24. *n.* 1. *& poſt hunc Phil: Andr. Oldenburger in Itin: Jurid: tit:* 2. §. 4.

§ II.

Doloſus eſt, qui data opera & deſtinato ad id fraudulento conſilio rebus mobilibus, vel immobilibus, tum ſe moventibus clàm, vel aperte immittitur, *d. l.* 9. *& l. fin. ff. de incend. ruin. naufr.* Peinl. Halßg. Ordn. cum ſcilicet conſulto & malitioſe à ſciente, prudenteq: ignis, rerumque exuſtio paratur. *Rauchbachr. quæſt.* 10. *numer.* 5. *part:* 7. *Ioachim Mynſing. Cent:* 6. *ſing. obſerv. obſ:* 88. *num.* 5. *Hahn. d. l. H. Grot: in flor: Sparſ. ad Ius Iuſtin: tit: de incend: ruin. naufr.*

§ III.

Culpoſus dicitur, qui tam è *culpa lata*, quam *levi & leviſſima oritur*: E *lata* ſi per diſſolutam & ſupinam alicujus negligentiam luxuriæ, aut dolo proximam conciliatur per *l. 29. ff. mandat: l. 11. ff. de incend: ruin: naufrag. l. 1. § 9. ff. de oblig: & Act. l. 220. ff. de V. O. Rauchbar. d. quæſt. 10. num. 9. p. 2. Hahn. d. l.* veluti ſi quis nimiam & immoderatam copiam lignorum igni imponat, atque uſitatum modum excedat, ita ut ignis nimium ſcintillet, flammaſque in altum agat, & damnum excitet, vel die ventoſo ignem in aperto loco accendat. cujus flammæ ad loca

vicina facile permeent,vel fœnum,aut frumentum madidum,aut putrefactum horreis aut fœnilibus inferat,vel tandem ea parte ædium,ubi propter ſtipulam, aliave Ignem facillime concipientia imprimis manifeſtum ab eo imminet periculum, quotidianum quis ſtruat ignem, & ne quidem de nocte hunc cooperiat, *Gothofr. in not. ad d. l.* 11. *locat. conduct: E levi*, quando per incuriam excitatur illius, qui in fovendo & cuſtodiendo igne eam omiſit diligentiam, quam alias cujuſcunque boni Patris familias natura, mores, & conſuetudo poſtulant, *l.* 11. *ff. de pericul: & commod: reivendit: l.* 32. *ff. depoſ.* utpote cujus eſt vigilantem eſſe, & quotidie ſervos de diligenti ignis cuſtodia admonere *Grammat: deciſ. 5. num:* 13. *Vincent. Caroc. tact: de loc: conduct.* In hac igitur culpa eſt Dominus,qui lumen ſeu lucernam accenſam commiſit manibus famuli in ſtabulo,aut alio loco periculoſo *Ioſ. Lud. dec. Per.* 25. *n.* 12 tũ ille,qui ſub coquina domus combuſtæ fœnũ,paleas,ſtipẽ,ligna,aliave accendibilia habuit, maxime ſi foculare fuerit ciſſum aut ruptũ, denique qui in domo reliquit filios ſuos,vel filias, alioſve pueros,aut puellas, infantes cum commoditate ignem accendendi in ipſa domo, Vivius *comm. opin* 439. *in fin:* tum nunquam conperuit ignẽ teſtâ,aut tugurio, *Farinac: d. q.* 110. *n.* 56. *E leviſſima* ſi non per craſſam,vel ſupinam negligentiam,ſed exactiſſimæ diligentiæ omiſſionem ſuboritur,veluti ſi Dominus ſervorum diligentiæ fiſus ſit, nec ignem etiam in loco ſatis tuto cooperuit, aut ſervos apud fornacem dormientes excitavit, vel ſtabulum clauſit, in quod poſtea à tertio incendium immiſſum, cum ſi ita vigilaſſet, illud omnino præcavere potuiſſet, *arg. l.* 25. *ff. pro ſoc: l.* 18. *ff. commod. l.* 9. *de incend. ruin: naufrag. §. ult: Inſt. de ſociet. adde Rauchbar: d. l. Mynſing. d. cent.* 6. *obſ.* 88. *n.* 9. *Pariſ. conſ:* 87. *n.* 13. *lib.* 4. *Farinac. d. loc.*

§ IV.

Fatalis demum audit,qui è *vi majori non ſatis præviſa, & licet prævideatur, inevitabili oritur, d. l.* 18. *ff. commod. l.* 2. *§.* 7. *ff. de adminiſtr: rer: ad civit: pertin: l.* 1. *§.* 4. *ff. de O & A. Angel: Aretin: tract: malefic: verb: incendiario n.* 9. *verſ: & dicitur factum caſu fortuito Berlich. pr. concl:* Tom. 4. *concluſ.* 25. *Hahn. d. loc. & vel ictu fulmineo, l.* 15. *§.* 2. *l.* 25. *§. vis major ff. locat. conduct. vel è ſcintilla ex vicini ædibus, aut igne maximo in platea lætitiæ cauſa ſuccenſo* vulgo & moribus noſtris auß den Fewr-Wercken / oder Racketen evolante, aut alio quovis modo,nulla prorſus inhabitantium culpa interveniente,aut præcedente, excitatur, vel tandem è *horreo, ſtabulo, aliave domus parte*, ubi ignes accendi minus uſitatum, tum etiam ab *hoſtium incurſionibus* durch Brandſchätzung vel in oppugnationibꝰ urbium ab *ignitis tormentorum globis, aliisve tormentariis ſpeciebus*, Feur-und glühenden Kugeln/Pickrentzen/Granaten/&c. ab ipſis ſæpe oppidanis juſſu Principis, alteriuſve Magiſtratus ad arcendum hoſtem ſuburbiis,aliiſque prædiis citra diſcrimen injectis, vel etiam *latronum & incendiariorum impetu ac inſidiis* durch Mord-Brand / *l.* 30. §. 4. *locat.* ortus ſui principium duxit. *Proſper Farinac. in*

Pract.

Pract: crim. p. 3. *q.* 100. *n.* 40. 159. *& ſeqq: Menoch: de arbitr: Iud: quæſt: lib:* 2. *Cent:* 4. *caſ:* 390. *n.* 2. *verſ: vel ſi è domo* Ioſeph. *Ludov. deciſ:* 25. *n.* 1. *ibi. ut exempli gratia* Iodoc: *Dambaud in pract: crim: pag:* 101. *n.* 9. *ibi: & tum præſumitur.*

Annotata ad Cap. II.

§ III.

Qui tam è culpa lata, quam levi & leviſſima oritur) Alii, inter quos *Bartolus in l. quod Nerva ff. depoſiti* quinque culparum ſpecies conſtituunt, *latiſſimam, latiorem, latam, levem & leviſſimam* arbitrantes *latiſſimam* eandem eſſe cum dolo vero & manifeſto, *latiorem* vero dolo præſumto ſimilem: Verum, ut cetera ſileam, quæ in hac culpæ diſtributione optime refutata dedit *Coraſ: lib.* 4. *Miſc: Iur: cap:* 1. certe defendi nequit *Bartoli* ſententia in eo, quod dolus manifeſtus cum lata culpa ſit unum idemque, cum dolus verus non niſi ex propoſito committatur, culpa autem per imprudentiam ſemper. Unde *Donatus* in *Hecyra Terentiana* ſuper eum *Soſtratæ* locum dicit:

Non mea opera, neque pol culpa mea evenit.

culpam ab opera ita differre, ut *opera* ſit, ſi ſcientes læſerimus, *culpa* ſi neſcientes, quorum alterum ſceleris eſt, alterum ſtultitiæ, neque ullus in jure textus reperietur, qui non omnem culpam dolo manifeſte contradiſtinguat, ſegregandumque alterum ab altero vel ipſa nominum diverſitas oſtendit, arg. *l.* 7. *C. de Codicil:* junge *l.* 1. *ff. de dol: mal:* Nec 2. altera *Bart* ſententia defendi poteſt, qua *latiorem culpam* dolum esſe præſumptum dicit, ſiquidem eo ipſo culpa in abſtracto conſiderata & dolũ & quamcunque speciem culpæ comprehenderet, atque ita genus esſet, dolus species, contra definitionem doli ſcriptam in *l.* 1. *ff. de dol: mal:* in qua nullum prorſus verbum de culpa injicitur, cum tamen ejus meminisſe ICtum oporteret, quandoquidem certum eſt, rectam definitionem genere & propriis differentiis debere ſemper conſtare. Neque etiam ea *Bart:* ſententia, qua culpam latam nec verum, nec præſumptum dolum habere dicit, ſubſiſtère unquam poteſt, tot reclamantibus legibus, quæ dicunt, ſublata culpâ præſumptam fraudem contineri in *l.* 1. *§. hac actio ff. ſi menſor falſ. mod. d. l. quod Nerva ff. depoſ: l.* 1. *§. is quoque ff. de O & A.* Alii, ut *Zaſ. & Donell* 16. *Com. Iur. civ. c.* 7. culpam in duas duntaxat ſpecies dividunt, in *latam* & *levem*, latam vicisſim duplicem faciunt, *Ignaviæ*, quæ â dolo abeſt, & Verſutiæ, quæ dolo eſt proxima, ſed neque hæc Zaſii diſtributio ſubſiſtit, præſertim quando latam culpam vicisſim duplicem facit, cum hoc nec lege, nec ratione probetur. Et leges de lata culpa in ſingulari numero ubique verba faciunt. Denique quoniam culpa, qua de agimus, ab imprudente, non etiam â ſciente committitur, etſi ve

maximè *lata l.* 2. 23. *ff. de V. S.* unde culpa illa verſutiæ, quam comminiſcitur *Zaſius* culpa dici non meretur, ſed proprie dolus, l. 43. *§. fin. ff. de contrah. empt.* Neque poſthæc refragatur *Donellus* hoc argumento:

Quorum Definitiones eædem ſunt, eadem inter ſe ſunt eadem:
Levis culpæ & leviſſimæ una & eadem definitio eſt.
E. ſunt inter ſe eadem.

Reſp. ad *Minorem* Negando levis ac leviſſimæ culpæ unam, eandemque eſſe definitionem, neque hoc probari per alleg: *l.* 31. *ff. de L. Aquil:* utpote in qua de *levi* tantum *culpa* agitur, neque hoc *Donelli* aſſertũ juvari per *l.* 44. *ff eod:* ſiquidem ibi apertè agitur de *leviſſima culpa* & certè utraque levis & leviſſima l. Aquil: actione comprehenditur, per *d. l.* 44. & *l.* 13. *ff. de lib: cauſ:* nec II. reſiſtit *l.* 5. *parag:* 5. *ff. commod:* collata cum *l.* 18 *pr: ff. eod:* in quarum prima de *diligenti* cuſtodia, altede *diligentiſſima* dicitur, quæ propterea ſynonimicè hic venire judicat *Donellus*, ſi quidem etiam in commodato non ſaltem *lata* & *levis culpa*, ſed etiam leviſſima quandoque culpa præſtatur, quia plerumque, ut ratiocinatur *Gajus ICtus*, ſolam hic contractus commodatarii utilitatem ſpectat Nec III. *Quod dum eadem culpa præſtetur in pignore, quæ in commodato, l.* 13. *pr.* 1. *ff. de pignor: act:* & in pignore lata ſaltem ac levis præſtetur, hinc levis & leviſſima ſint eædem.

Reſp: enim negando conſequentiam, quippe non in omnibus comparatur pignus cum mandato, ſed in hoc ſolùm, quod, ſicut in *commodato*, dolus & culpa levis pariter ac cuſtodia præſtetur, vis major non veniat, ita etiam *in pignore*, non tamen excluſâ leviſſimâ culpâ in *commodato.*

Nec IV. obſtat, quod in *l.* 5 *ff. Comm.* ſaltem *culpæ* & *diligentiæ*, tum *cuſtodiæ diligentis* mentio injiciatur, ſiquidem hic *poſitivus* ponitur pro *ſuperlativo*, Imò non unde diligens, ſed *planè diligens*, i. e. *valde diligens* cuſtodia deſideratur: Illud tamen non nego, propriè non dari *ſpecies*, ſed ſaltem *gradus culpæ.*

§ IV.

***Fatalis demum audit, qui è vi majori &c. & vel ictu fulmineo, vel è ſcintilla, vel horreo, ſtabulo &c: tum etiam hoſtium incurſionibus &c. ortus ſui principium duxit*)** Quamvis hæc incendia non fiant ſine *culpa alicujus*, tamen hic ignis reſpectu ejus dicitur fatalis, qui culpa vacat, quia fieri poteſt ſine culpâ patrisfamilias, *l.* 11. *de peric. & com. rei vend.* Finge ulterius patrifamilias pignus datum fuiſſe, at ſine ejus culpâ incendio abſumtum, dicendum, eum non teneri, quia, quod ad ipſum attinet incendium, fortuito ortum eſt, quamvis alterius dolo, vel culpa factum ſit; Sic etiam dicimus, incurſum latronum

eſſe

eſſe caſum fortuitum reſpectu ejus, qui incidit in latrones, non reſpectu ipſorum latronum, qui dolo faciunt.

Tum etiam ab hoſtium incurſionibus, vel in oppugnationibus Urbium ab ignitis tormentorum globis &c.) An ad hujusmodi extrema hoſtis, quandoque ipſi Oppidani coronâ cincti agrorum, ſc. ſegetis, ſuburbiorum, hortorum, molarum &c. exuſtiones progredi debeant? Non immeritò dubitatur: Eſt quidem inveterata belli lex: Man muß ſeinem Feinde Abbruch thun/wie man kan/ quippe non minus devaſtatione, quàm prælio vincitur hoſtis, *Facius pol. Liv. fol.* 241. *Conrad Friedlieb de Arm. Mil. jur. c.* 9. §. 2. probant etiã Hiſtoriæ bellicum hoc inſtitutum, ut videre eſt apud *Curtium lib.* 4. *c.* 9. ubi *Darius* M*azæo* mandat, ut regionem, quam *Alexander* eſſet aditurus, popularetur atque ureret: quippe credebat inopiâ debellari poſſe nihil habentem, niſi quod rapiendo occupaſſet; Verum haud temerè & non niſi ſumma id ſuadente aut neceſſitate, aut utilitate, hæc occipienda erunt, cum potius armatus ſit, oportet, quem hoſtis oderit, & ferro maximè geruntur bella, Viris, non Vrbium tectis *Curt. lib.* 5. ne cum rerum natura belligeraſſe, vel hoſtem ſolùm cremaſſe, non virtute bellica, *fortitudine* ſc. ſuperaſſe arguamur, daß man den Feind mehr mit Feur/als Schwerd verfolget/mehr im Lande gebrant/als tapffer gefochten/mehr den Feind auß den Veſtungen geſchmäuchet/ als mit Sturm und Tapfferkeit gejaget habe/ maximè etiam cum agrorum, hortorumq; vaſtationem ipſe DEUS prohibuerit, *Deut. c.* 20. *v.* 19. & 23. *Ioſ.* 8. & 1 *Sam.* 15. *tum* 3 *Reg.* 3. imò malè omnino adhuc audiat *Alexander Magnus* ob deletam ignibus nobilem Perſarum Regiam apud *Curt. lib.* 5. *c.* 7. in verbis poſt alia multa: *Ex his una Thais & ipſa temulenta, maximam apud omnes Græcos initurum gratiam affirmat, ſi regiam Perſarum juſſiſſet incendi: exſpectare hoc eos, quorum urbes barbari deleſſent. Ebrio ſcorto de tanta re referenti ſententiam unus & alter, & ipſi mero onerati aſſentiuntur. Rex quoque fuit avidior, quam patientior. Quid igitur ulciſſimur Græciam, & urbi faces ſubdimus: Omnes incaluerant mero. Itaque ſurgunt temulenti ad incendendum urbem, cui armati pepercerant. Primus Rex ignem regiæ injecit. tum convivæ, & miniſtri pellicesque. Multa cedro ædificata erat regia, quæ celeriter igne concepto latè fuit incendium. Quod ubi exercitus, qui haud procul urbe tendebat, conſpexit, fortuitum ratus, ad opem ferendam concurrit. Sed ut ad veſtibulum regiæ ventum eſt, vident Regem ipſum adhuc aggerentem faces. Omiſſa igitur, quam portaverant, aqua aridam materiam in incendium jacere cœperunt. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, unde tot gentes ante jura petebant, patria tot Regum unicus quondam Græciæ terror molita mille navium claſſem & exercitus, quibus Europa inundata eſt, contabulato mari molibus perfoſſisque montibus, in quorum ſpecus fretum immiſſum eſt. Ac ne longa quidem ætate, quæ excidium ejus ſecuta eſt, reſurrexit. Pudebat Macedones tam præclaram urbem à comme ſſabundo Rege deletam eſſe. Itaque res*

in

in ſerium verſa eſt, & impetraverunt ſibi, ut crederent illo potiſſimum modo fuiſſe delendam. ipſum ut primum gravatam ebrietate mentem quies reddidit, pœnituiſſe conſtat & dixiſſe: Majores pœnas Perſas Græcis daturos fuiſſe, ſi ipſum in ſolio, regiaque Xerxis conſpicere coacti eſſent. Confer omnino *Friedelieb. dict. loc.*

Ab ipſis ſæpe Oppidanis juſſu Principis, alteriusve Magiſtratus citra diſcrimen injectis,) An Princeps, vel Magiſtratus in Civitate ſitum ante civitatem prædium aliquod, vel integrum ſuburbium publicæ ſalutis cauſa diruens, aut ignibus abſumens illud è ſuo, vel publico reædificare obſtringatur? quæſtionis eſt. Et quanquam primo intuitu ad reſtaurationem non obligari videatur, quia id omne ei per jura communia licet, uti eſt textus manifeſtus in *l. ædificia C. de oper. publ.* imo mero privato id permiſſum, nec is ad damni reſtitutionem obſtringitur, *Rom. Conſil: 7, viſis neceſſariis.* Verius tamen eſt, Principem, aliumve Magiſtratū ad damni per intercendium dati emendationem teneri, eo quod commodū ſentiens onus recuſare nequeat, *l. un §. pro ſecundo C. de. Caduc. tol. §. un in fin. Inſt. de legit. agn. tutel:* & damnum pro communi utilitate privatis illatum ex publico ſarcire conveniat, *Gloſſ: in l. 2. verb: æquisſimum ff. ad L. Rhod: de jactu.* Nec officit, quod privato concedatur incendii avertendi cauſa Vicini ædes deſtruere abſque damni repatione, quandoquidem præſenti caſu non tam incendii periculum, quam hoſtium occupatio, ex qua commodior invadendi civitatem naſceretur occaſio, timetur, cum vix credibile, hoſtem hujuſcemodi ſuburbium, prædiumve in ſui detrimentum & civitatis commodum accenſurum, ſed potius cum prolubio occupaturum, omniaque inde nociva urbi, ſingulisque civibus illaturum, quamobrem omnino par eſt, damnum pro communi utilitate datum ex publico reſarcire *Gloſſ: in l. 2. verb: æquisſimum ff. ad L. Rhod. de jactu: Gail, 2. Obſ. 56. n. 4. Vaſq. illuſtr: controv: 5. n. 9. Sixtin: de Reg: l: 2. c. 13. n. 78. Mev. Diſc. Lev. inop. Deb: c. 2.* Quæ ſententia omniū æquisſima. Et quamvis Arnoldus Mengering Theologus Hallenſis in ſuo ſcrutinio conſcientiæ, c. 11. q. 149. prorſus neget ſuburbia tempore belli dirui poſſe his verbis: Wo ſtehets geſchrieben/ daß die dringende Noth deinem Nechſten zu Schaden und Verderben ſeyn ſolte? *Non* valet conſequentia: Summa adeſt necesſitas. E. cum læſione & ruina proximi mei mihi egomet conſulem & paulò poſt legem Moſaicam Deut. 20. v. 19. & ſeq. ſic explicando: Wenn du in einer Stadt einen langwierigen Krieg und anziehenden feind beſorgeſt/ der mit dir ſtreiten wil/ dich zu erobern/ ſo ſolſtu die Vorſtädter/ ſo alieni territorii und mitſtände unius Principatus ſeyn/ nicht verderben/ der du mit Axten daran fahreſt/ ꝛc. denn du kanſt dich ihres Gebetts/ Nachbahrlicher Trew und Beyſtandes ohne deſſen/ biß zum euſerſten Nothfahl ſicherlich gebrauchen/ ſo hat auch Gott ſeine Kirche und Wohnung da: Dann ſie ſollens nicht außrotten/ ſinds doch deine Nachbahren/ deine Glaubens-Genoſſen und Mitt-Erben

ben der Gnaden/nicht Feinde nicht Heyden/ oder Unchriſten/ daß ihr Untergang und Abſchaffung dir ein Bollwerck/ein Vorburg und Vortheil Werck ſeyn müge/welches aber umb die Stadt-Orter und Plätze ſeyn/ Häuſer und Gebäwde/die du weiſt/daß keine Kirche und Gemeine Gottes dahin geſtifftet und gewiedmet iſt/die ſoltu verderben/und außrotten/und Bollwerck darauff bauen/wider den vermutheten außwertigen Feind/der mit dir kriegen wil/ daß du dich ſeiner erwehreſt ꝛc. Attamen contraria ſententia ut verior, ita communi ICtorũ ac Politicorum calculo recepta eſt, licere ſcilicet imperantibus urbis muniendæ cauſa privatos accupare agros, atque ſuburbia tempore belli ad communem defenſionem & urbium ſecuritatem diruere, vel in cineres redigere, ne hoſtibus proſint, *Gail: d. loc: n.* 2. *&* 18. *Petr: Peck: in c. nemo plus n.* 3. *de R.* I. *Schurf. cen:* 3. *Conſ:* 15: quia ſalus Populi ſuprema Lex eſt & privata utilitas publicæ cedit, *c. imperialem pr. de proh. feu. alien: per Lothar. l. un. §. ult. C. de Cad. toll. adde Grot. de Iur: Bell: & P. lib:* 3. *c.* 20. *§.* 7. *ubi. Felden. Bocler. aliique d. l. n.* 16. Neque textus *Mo*ſaicus, ſe, ſuffragantibus aliis Commentatoribus Biblicis, ad hunc caſum, veluti longe alienũ hoc ſenſu applicari patitur, *Ahaſv: Fritſchius de Iure & ſtatu ſuburb: c.* 8. §. 3. *n.* 14. cui jungas *Coring. de Fin:* Imper *Germ: c.* 19. *n.* 2. *Cruſ: Tr. de Superem. Dom.* 4. *n.* 4. *Mev. diſ: c. levam. inop. Debit: c.* 2. *n.* 25. *Bocler de ſuperem: Dom:* Lugo *de I. &* I. *l.* 1. *ſ.* 1. 9.

Caput III.

De
Autoribus Ignis Nocentis.

§ I.

EXpoſita diviſione IGNIS NOCENTIS, cognoſcere juvat *Autores*, qui ex hoc delicto *pœnam*, vel *ordinariam*, vel *extraordinariam* merentur, vel non: Hi ſunt, vel *doloſi*, vel *culpoſi*, tam *Extranei*, quam *Domeſtici*, *Mares & Fœminæ*, Liberi & *Servi*, *Nobiles* & *Ignobiles*, *Infantes* & *Infantiæ*, nec non *puberati proximi*, *Minorennes*, *Iuvenes & Senes ſive* Melancholici, ſive *Ebrii*, *non æque* Furioſi & Mente capti, quandoque etiam *integer Exercitus*, *vel pars hoſtium*, aut *tota Respublica Philip. Andr: Oldenburgerus in Itinerario Jurid: tit.* 2.

§ II.

Doloſi ſunt, qui data opera, vel lucri cauſa: ut aliquid rapiant, aut accipiant pro opera in hoc locata, vel citra lucri ſpem proprio inſtinctu, ut ſimpliciter noceant, ex odio & invidia incendia excitant, quorum illi Mordbrenner; Hi Brenner haud incongrue appellantur, *l.* 9. *l. fin: de incend: ruin: naufrag: Berlich: p.* 4: *concl-* 24. *Carpz: pr: crim: p.* 1. *q.* 38. *n.* 12. Horum exempla paſſim in Hiſtoriis obvia: Ita Anno 1549. incendiarius *Meppe* urbem *Eimbeccenſem* in Ducatu *Brunſwigo Grubenhagenſi* igne propemodum delevit, ita ut 1500. ædificia incendio abſumerentur, *Letzner lib:* 6: *Chron: Daſſel. & Eimbeccenſ: p.* 2. *c.* 12. ita paucis ab hinc annis *Wormatiæ* Prætoris *Seidenburgeri* filius, Sathana autore, quam plurima excitavit incendia, quæ multos etiam homines extinxerunt, & quibus ipſe extinguendis adſtitit opemque tulit, donec tandem Præceptor ejus dolum Magiſtratui aperuit iſque gladii pœnam ex merito luit. *Oldenburgerus dict: loc:*

§ III.

Culpoſi dicuntur, qui vel in domo ſua nocentem ignem fovent tam *quantitate*, quam *loco* & *tempore*, de quo ſupra *c.* 2. §. 3. vel negligenter cuſtodiunt, vel circa ignem obdormiunt, *l.* 27. §. 9. *l.* 30. §. 3. *ff ad L. Aquil:* nec eam diligentiam adhibent, quam alii homines frugi & diligentes præſtant, arg: *l.* 11. *ff. de peric: & com: rei vend:* vel diligentisſimus Paterfamilias haud omiſſurus fuiſſet, *l.* 18. *Comm:* § *ult: Inſt: de Societ: confer: ſupra c.* 2. § 1. 2. 3. & 4.

§ IV.

Extranei ſunt, qui foris ex eadem, aliave provincia, ex illa ipſa, vel alia urbe accedunt, ſive ſponte, ſive ad hoc conducti, ut novisſimè docuit flebile incendii *Rigæ*, *Gotoburgi*, & *Aboæ* commisſi exemplum: *Domeſtici*, qui in domo & familia Domini habentur; *Liberi*, *Servi*, *Ancillæ*, *cæterique Operarii & mancipia* Taglöhner/ und Dienſtboten, de quorum culpa, ſeu negligentia ipſe paterfamilias tenetur, ſi vel in ipſius miniſterio deliquerint, vel de eorum negligenria commonefactus poſthac nec circumſpectius, nec cautius egerit, *l.* 11. *ff. de peric: & com: rei vend:*

§ V.

Mares & *Fæminæ* qui ſint, per ſe conſtat, an pariter quo ad executionem pœnæ æquales ſint hujus delicti autores, ambigi forte poſſet qua fœminas, ob ſexus mulie-

ebris fragilitatem, verum illa niſi in caſibus à jure expresſis fæminas à pœnis ordinariis excuſat, *Farin: p. 3. op: crim: q. 98. n. 11 per l. fin: C. de Iur: & fact: ignor: Sfort:* Odd: *de Reſt: in integr: p. 1. q. 10 Art: 5.* Et hic tanto minus illis veniam meretur, quo æque graviter delinquit femina incendendo ædificia, ac maſculus, dum idem damnum per eam atque hunc infertur, adeoque ex identitate rationis, quæ idem jus facit, *l. 32. ff. ad L. Aquil: Coler: de Proceſſ: Exec. p. 4. c. 1. n. 38.* eandem pœnam ſuſtinet, præſertim ob criminis atrocitatem, *Carpz: pr. cr. p. 1. q. 39. n. 20.*

§ VI.

Liberi homines dicuntur, qui ſive *ingenui*, ſive *libertini* vivunt ut volunt, niſi quid vi, aut jure prohibeatur, *§. libertas Inſtit: de jur. perſon. Hugo Grot. in Flor. ſparſ. ad Iuſ Iuſtin. d. t. p. m. 21.* at incendia excitare jure prohibetur, *tot. tit. ff. de incend. ruin naufragio*, imò ad violationem pacis publicæ refertur, *l. 5. juncta l. 1. ff. ad L. Iul. de vi publ. Carpz. pr. crim p. 1. q. 38. n. 1.* *Servi* ſive *nati*, ſive *facti*, qui propter στέρεσιν αὐτοπραγίας, ut loquitur *Zeno* apud *Laertium* propter *privationem proprii arbitrii*, ſeu ut verba ſunt *Platonis in Lyſide*, quod οἷς μηδὲν ἐξείη ποιεῖν τῶν ἐπιθυμεῖσι, *quod his nil liceat facere, quæ velint*, alieno Dominorum & Patrisfamilias imperio ſubjacent, *Friedlieb Tract. Iur. de Temp. in genere cap. 5. §7* qui ob id de incendio culpa eorum, ſeu negligentia dato quandoque tenentur, *l. 11. ff. de peric. & com. rei vendita.* vid. *infra cap. 5. §. 2. & 3.*

§ VII.

Nobiles & *Ignobiles* qui ſint, non multum moror; dum inter *Nobiles* referri quosvis in dignitate conſtitutos liquet, inter *Ignobiles* plebejos & ruſticos: Et hos pariter ex hoc delicto obligari ad pœnam, vel inde perſpicuum eſt, quod nobiles æq; graviter peccent, idemque damnum per incendium inferant, quàm alii ignobiles, vel vilioris ſortis homines, *Carpzov. p. 2. crim. d. p. 1. q. 28. n. 23.*

§ VIII.

Infantes continuo dicuntur uſque ad annum ætatis ſeptimum completum, *l. 18. C. de Iur. delib.* *Infantiæ proximi maſculi* quidem poſt initium anni ſeptimi uſque ad completum decimum cum dimidio, *fœminæ* verò ab anno ſeptimo uſque ad nonum & decimum dimidium regulariter, verum in delictis uſque ad annum decimum quartum tam *mares*, quàm *fœminæ*, *Art. 164. Conſt. Crim. Carol. V.* *Pubertati proximi* à prædicto tempore *in maſculis* uſque ad annum decimum quartum,

Conrad Friedlieb Tract.de Temp.in gen.cap.6.membr.1. §.11. Et hi licet in delictis,adeoque & hoc ordinario ſupplicio non ſubjiciantur, extraordinario tamen pro delicti & circumſtantiarum ratione per Judicem determinando omninò ſubſunt,maximè autem infantes moderatæ virgarum correctioni ſubſternuntur, *l. impunitas ubi Bald.Salicet.C.de pœn. l.2 3.ff.de furt. l. excipiuntur ff.ad SCt.Sylan. l.pupillum ff.de R.I.Carpz. p2. cr.p.3 quæſt .143. Menoch.de A.I.Q. lib.2. Caſ.329.n.* 1. *Friedlieb d.l.cap.5.n.28. & 31.*

§. IX.

Minorennes in legibus audiunt, qui nondum vigeſimum quintum ætatis annum abſolverunt, & horum par ratio eſt in delictis cum adultis Juvenibus & ſenibus,quando ætatis ſuffragio, ſecus ac ſentiunt *Sfort. Oddus d.tract.de Reſt.in integrum p.2. q.80.n.72.& ſeqq.& Clarus p.2. crim.* §.*ult .q.* 60. in his nunquam juvantur, *l.* 1. *C.ſi adv.delict.l.1.l.9.*§.2. ibi. *Et placebit in delictis minoribus non ſubveniri ff. de minor.l.37.ff.eodem Carpz.p2. c2 p.3.q.143.n.64.& 65. Friedlieb d. loc.* adeoque regulariter ordinariis ubique pœnis ſubjacent, *Anton.Theſ.dec.161.n.4. Carpzov.pr.crim p.3.q.143.n.64.*

§ X.

Melancholicus eſt, qui non tam mentis impos,quam deſperati potius animi ſibi triſtia & abſurda fingit, interim non in totum, ſi deliquerit, à pœna liberatur,ſed pro circumſtantiarum ratione extraordinariæ omninò, utut mitiori ſubſternitur, *Petr.Heig.pr.quæſt.q.38.n.49.Sfort.Odd,conſ.39.n.25. Ebrius*, qui immodicè in crapulam effuſus delinquit & licet mentis ac rationis deliquium patiatur, *l.* 11. §.2 *.ff.de pœn.c. à crapula X. de Vit: & Hon. Cler.* ab extraordinaria tamen pœna nunquam excuſatur, dum ut ut dolo caret, culpâ tamen non vacat caſum præcedente,ob quam merito punitur,*arg.c.viri de Commod.& c.2. de depoſ.c.15.q.1.Farin.p.3.pr.c2. q.93.n.1.* Id quod in *leviter ebrio*, multo magis *ebrioſo*, qui ſolitus eſt in ebrietate delinquere, der gewohnet iſt voll zu ſeyn/ und Ubel anzurichten/ omnino ſecus eſt,utpote qui ordinariis ubique ſuppliciis multantur, quoniam ſemper dolo malo deliquiſſe præſumuntur, *Bald. in l.* 11. *n.* 6. *C. qui accuſ: non poſſ: Tiraquel: de pœn: temporal: cauſ:6. in fin. Reink: de R S.& E. lib: 2. Cl: 1.c.8.n 24.& ſeqq: Carpzov: p.3.q.146.n.32.& 55.*

§ XI.

I*nteger exercitus*, quandoque etiam *pars hoſtium* autor incendii exiſtit,quando

do à certo *Diſtrictu, pago, Vrbe,* aut *tota provincia* certam pecuniæ ſummam ſub ignis pœna, ni ſolvatur, expoſcit, vulgo eine Brandſchatzung / oder Reuter-Zehrung fodert / vel urbi ad deditionem poſtulatæ, nec ſeſe dedere volenti flammas immittit, Feur und glühende Kugeln / oder ander Feuerwerck einwirfft / quæ vis major & hodie inevitabilis ferme, niſi hoſtis animoſa præſidiariorum, civiũq; excurſione à mœnibus, eorumque munimentis & cuniculorum ductu depellatur, durch muthige Anfälle von den Wercken und Auffwerffung der Lauffgraben und Battereyen abgehalten werde / quævis munitisſima Imperiorum munimenta frangit, ſubigitque, quo reſpicit illa tribuno cuidam militum de expugnatione fortalitii deſperanti à Bellicoſo Comite *Konigsmarkio* data reſponſio in *Theatro Europæo*: Es wäre gnug / wenn die Stadt nur oben offen wäre. Exempla ibidem pasſim quoque obverſantur in Oppido Prix, quod ſvetici milites, accepto à civibus reſponſo: Prix gibt euch nichts / poſt hanc verborum reciprocationem; So wird auch Prix nichts funditus conflagrarunt, tum urbe M*agdeburgenſi* Tillianis ignibus deleta, confer *Phil. Andr.* O*ldenburger d. Tract. tit*: 2. §. 12. *p. m.* 18. Atque hæc incendia ut inter caſus fortuitos referuntur; *l.* 30. *ff. locati* vide ſupra *c.* 3. § 4. ſic nullæ pœnæ temporali ſubjacent infra *cap.* 5.

§ XII.

Per *totam Vniverſitatem* committitur incendium, quando convocata univerſitate, vel convocatis civibus per ſonitum campanæ, tubæ, aliumve modum deliberatè & communicato conſilio delictum hujusmodi unanimi conſenſu in forma univerſitatis, vel à maxima parte populi ad hoc deputata, vel ab aliis ad hoc conductis committitur, alias enim ſi quidam de populo id proprio auſu fecerint, extra convocationis ſolemnitatem & unanime concluſum, ſinguli id feciſſe dicuntur, non univerſi, ſeu tota univerſitas, adeoque *priori* tantum *caſu univerſitas* è delicto tenetur, *poſteriori ſinguli* ut ſeditioſi incendiarii puniuntur, per *l.* 2. 3. & 7. §. 1. *Quod cujuscunque univerſitatis nomine l.* 15. §. *ſi in ſepulchro ibi: communi conſilio ff. quod vi aut clam l.* 19. *ff. ad municip*: Quare non ſufficit, probatum eſſe, quod communitas unius terræ combuſſerit certum fœnum nobilis, ad hoc, ut proceſſus decernantur, contra univerſitatem terræ, niſi etiam fuerit probatum, quod fecerit communicato conſilio, vel delictũ civiũ, aliorũve hominũ de Univerſitate ratificaverit, vel *tacite*, non puniendo cives, vel *expreſſe* vid. *Mynſing. Cent*: 4. *obſ.* 79. & *Calcan*: *conſ.* 63, Ad hæc neceſſum eſt, probare incendium data opera factum eſſe, non è caſu fortuito, *Oldenburger d. l. p. m.* 123.

§ XIII.

Demum *Furioſus* & *mente captus* prout è defectu voluntatis, mentisque in-

opia non intelligunt, quid agunt, adeoque dolo vacant; ita nec delinquere, nec, ceſſante voluntario delicto, ad ullam pœnam, ne quidem extraordinariam abſtrahi queunt, quoniam in maleficiis voluntas potiſſimum, non exitus ſpectatur, *l.* 1. §. 3. *l.* 10. *l.* 7. *l.* 4. *ff. ad L: Corn. de Sicar: l.* 5. 3. *ff. eod.* ſed furioſi & mente capti nullus eſt mentis, aut voluntatis conſenſus, *l.* 2. *C. de contr. emt. l.* 40. *ff. de R. I. Conrad Friedelieb de Temp: in genere cap:* 5. §. 29. *&* 30.

Annotata ad Cap. III.

§. II.

Haud incongruè appellantur) Quandoquidem & hæc diſtinctio tam verbis Art: 13. lib: 2. des Landrechts quibus incendarii ſeditioſi, Mordbrenner cum Latronibus & Prædonibus conjunguntur, quàm vocabulo morden convenit, utpote quod Propriè homicidium lucri ac ſpolii cauſa commiſſum denotat, *Gloſſ. ad dict. Art:* 13. in verbis: die einen Mann V. Etliche ermorden die Leute umb Geldes, oder Gutes willen, und mit wollbedachten Muthe, dieſe ſeindt rechte Mörder.

§. III.

Vel diligentiſſimus Paterfamilias haud omiſſurus fuiſſet) Et hinc quilibet Inquilinus conductor & vicinus non ſolùm *de lata*, verum etiam *levi* & *leviſſima culpa* tenetur è L. Aquil. quæ ad conſervationem patrimonii ſpectat, In qua venit leviſſima culpa, *l. in lege Aquilia ff. ad L. Aquil.* confer *Baldum conſ.* 194. *vol.* 1 Et hoc etiam obtinet, utut caſu acciderit incendium, quem tamen culpa præceſſit, ſiquidem culpa etiam in re propriâ caſum præcedens in re aliena obligat, *l.* 30. §. *in hac actione ff. ad L. Aquil. Sebaſt: Med: de caſ: fort: p.* 2, *c.* 7, *n.* 13.

§. IV.

De quorum culpa, ſeu negligentia ipſe Paterfamilias tenetur, ſi in ipſius miniſterio deliquerint, vel ipſe de eorum negligentia commonefactus poſthac nec circumſpectius, nec cautius egerit) Communis quidem doctrina eſt, Dominum, ſeu Patremfamilias ex delicto familiæ non teneri *in l.* 1. §. *familiæ ff. de publ: & Vectig: Monoch de A. I. Q. caſ:* 390: *n.* 21. multo minus pro incendio culpa hoſpitis in domo ſua commorantis, alteriusve extranei ad prandendum aut cœnandum ſe convenientis & candelam ardentem fortè ſuper lectica admittentis, aut ſuſpendentis ad trabes, vel aſſeres parietis, an die Stender oder Bretter der Wand opinione citius

exorto

exorto, *Scalicet. in l.* 11. *n.* 8. *ff. de peric. & com. rei vend*: *Caroc. de locat:cond*: *p.* 4. *Rubr: de incendio n.* 21. & 22. nedum ſi prohibere non potuit delictum hoc ab operariis, laboratoribus & ſervis in miniſterio ſuo commiſſum, *Fab: à Monteleon in pract: arbitr: ſol*: 265. *per l. ſi quis fundum* §. *colonis ff. locat*: *Calcan*: *conſ*: 64. *n.* 4. *Ruin*: *conſ*: 31. *n*: 1. *lib.* 4. pariter ac ſi extra officium, ad quod deputati, incendium excitarint; Interim tamen tenetur (1) Si ſervos, vel hoſpites improbos ſuſceperit, ſo er muthwillige ruchloſe Dienſtboten und Geſindlein aufnimpt / *d. l.* 11. *ff. loc*, *l.* 27. §. *Proculus ubi Bart. ff. ad L. Aquil.* (2) Si ita expreſsè convenerit, ut Paterfam. de orto incendio teneatur, tum enim omne incendium & famulorum culpâ paratum ſubintelligitur. *Rebuff. in l.* 3. §. *cognoſcit n.* 2. *v. tertius caſus* (3) Si è Patrisfamilias culpa latâ, aut levi præcedente ſervus, vel alius de familia cauſſam dederit incendio, quam non dediſſet, niſi illa præceſſiſſet, *Trentacinque in ſuo conſ: poſt opinionem Vivii* 439. *n.* 31. *v. ſed ſecus eſt* (4) Si ipſe Paterfam. ſervis ſuis mandarit ignes immittere, *Caravit conſ. crim*: 116. *n.* 20. & *ſeqq. tom.* 2. (5) Si Paterfamilias, vel conductor ultra præfinitum tempus in domo, prædiove manſerit ſine voluntate Domini, tunc enim prædoni ſimilis habetur, qui ſemper in culpa eſt, damnoque occaſionem dediſſe videtur manendo, quod ſi enim præfinito tempore diſceſſiſſet, damnum haud contigiſſet, *Scabin. Lipſ. in ſuis Reſolut. q.* 21.

§. VIII.

Ordinario ſupplicio non ſubjiciantur) Ratio, quia *Inſans & Infantiæ proximus*, quantum ad defectum intellectus, furioſo comparantur, §. 9. *Inſtit. de inutil. Stip. l.* 5. *ff. de R. I.* furioſus autem, intellige continuo talis, nec ulla intervalla habes, prout in defectu voluntatis, *l.* 40. *ff. de R. I.* nullum negotium gerere; ita nec delinquere, multo minus ex delicto obligari poteſt, *l.* 14. *ff. de offic: præſ: l.* 12. *ff. ad L. Corn: de Sic*: *l.* 9. §. 2. *ff. ad L. Pompej de parricid*: *l.* 61. *ff. de adm: & peric. tutor.* atque ex eadem ratione nec infans, nec infantiæ proximus ex delicto obligatur, ullamve pœnam incurrit, dum delicta abſque dolo nec committuntur, nec puniuntur, *l.* 1. *C. de Sicar. l.* 33 *ff. de Injur*: *l.* 53. *pr. ff. de furt.* infans verò & infantiæ proximus ubique doli exſors habetur, *l.* 12. *ff. ad L. Corn: de Sic*: *l.* 8. *l.* 9. *ff. de acqu. vel om. hær. l.* 60. *de R. V. l.* 23 *ff. de furt. Gom. tom.* 3. *Var. reſol. c.* 1. *n.* 57. *Friedlieb de Tem. in gen. cap*: 5. §. *ult.*

§ XII.

Adeoque priori tantum caſu Univerſitas è delicto tenetur) Videbatur dicendum, Univerſitatem propriè delinquere non poſſe, cum ſit nomen juris, quod nec animum, nec intellectum habet & ſic neque delinquere, neque puniri queat, *l.* 1. §. 1. *ff*

Si quad: paup: fecis: dicatur l. 2. ff ad L. Corn: de Sic: l.. 15. §. 1 de dol. mal. quando delicta verum dolum animum & conſenſum delinquentis requirunt, *l. 1. ff. de furt.* Sed contrarium verius eſt, cum univerſitas legitimè convocata poſſit delinquere, *l. 9 § animadvertendum ff. quod met. cauſ. l. 7. §. 1. Quod cujusque univ. nomine* l. 60. §. *refertur ff. de R. I:* ſiquidem tum perſonæ vicem ſuſtinet fictione quadam & repræſentatione per Rectores & Gubernatores Univerſitatis, id quod ad condemnandum ſufficit, l. 22. *ff. de fidej.* l. 56. *ff. de uſufr.* l. 1. §. *quibus l. 2. ff. Quod cujusque univ. nom. Gomez var: reſol: lib: 3. c. 1. n. 150.* licet tamen impropriè Univerſitas delinquat, proqriè ſinguli de Univerſitate, cum Univerſitas nihil aliud ſit, quàm homines Univerſitatis, *Paulus de Caſtro conſ: 56. n. 36. in cauſa fori.* Poteſt igitur Civitas, vel univerſitas de homicidio, incendio, aliove patrato delicto puniri, ſi conſilium delinquendi præceſſerit, *Bart. in l. aut facta §. ult; ff. de pœnis.*

§. XIII.

Demum furioſus & mente captus) Sub *furioſi* & *mente capti* nomine unicè continuo furioſum ac dementē nulla hactenus intervalla habentem comprehendo, nec ex antiquo furore & inſania rationi reſtitutum, neve ſua culpa, ſed caſu furore correptum, vide Friedlieb *de Temp: p. 119.* Quippe dilucida intervalla habens tempore intermiſſi furoris habile & ad delinquendum, & ad promerita è delictis ſupplicia ſubjectum agnoſcitur, *d. l. 14. verſ. ſi vero ff. de offic. præſ. Nicol. Rußner. lib. 1. deciſ. 17. num. 30.* qui eleganti hoc illuſtrat reſponſo his verbis concepto: Hat ein Weib/ ſo nicht ſinreich/ in Abweſen ihres Ehemannes ihre eigene Kinder mit einer Axe erſchlagen/ und dem dritten eine Hand abgehauen/ da es nun eurem Berichte nach/ alſo bewandt / daß gemeldtes Weib nicht ſtets ihrer Sinne beraubet/ ſondern bißweilen zu ihr ſelbſt kommen/ ſo gebühret euch mit Fleiß zu erkündigen ob ſie auch zu der Zeit / da ſie ihre Kinder erwürget / ihrer Sinne beraubet geweſen/ und da ihr des gewiß wäret &c. ſo würde ſie von wegen der Wahnſinnigkeit / damit ſie ohn das gnugſahm geplaget/ mit der Straffe des Todes billig verſchonet &c: Da ihr aber befindet &c: daß ſie zu der Zeit bey iher Vernunfft geweſen / und ſolches allein aus einem Wiederwillen &c; gethan/ ſo möchte ſie in der Zeit/ wenn ſie bey ihr ſelbſten iſt &c: vom Leben zum Tode geſtraffet werden V. R. W. At ob furorem antiquum nemo veniam meretur *Carpzov: pr. crim. p. 3. q. 145. in verb. ſentent.* Und mag den Gefangenen ſolche zuerkante Todes-Straffe daher/ daß er von 15. Jahren im Kopffe verrücket geweſen/ weil ſonderlich da ſie der an ihme dergleichen Beſchwehrung nicht geſpüret worden/ nicht erlaſſen werden/ V. R. W. Multo minus non omnis doli, vel culpæ expers ab ordinaria pœna in totum excuſatur, qualis eſt

eſt furioſus ſua culpa furore involutus, *vid. Carpz. d. loc. n.* 46. *Andr. Gail. pract: obſ. lib.* 2. *obſ.* 10. *n.* 21. *in fin: Iodoc. Damh: prax. rer: Crim: cap.* 84. *n.* 89. *& ſeq.*

CAPUT IV.

De PRÆSUMPTIONE ORTUS IGNIS NOCENTIS,

Seu UNDE, ET CUJUS CULPA EXCITATUS, EJUSQUE PROBATIONE.

§ I.

COgnitis Autoribus *Ignis Nocentis*, enarrare expedit, unde, & quorum culpa hic utplurimum oriri præſumatur: Quando vero non ſatis certum, ſed dubium ejus eſt principium, & ea propter *fato*, ſeu *vi majori ignem nocentem* potisſimum excitari credunt *Gail: lib* 2. *obſ.* 21. *n.* 2. *Matth. Coler: deciſ:* 196. *n*, 4. *& ſeq:* verius tamen eſt, eundem inhabitantium culpa utplurimum ſuboriri, *l.* 3. § 1. *ff. de Offic: præfect: vigil:* Unde etiam *Alfenus ICtus* ſcribere non veretur; incendium ſine culpa fieri non poſſe in *l.* 11. *ff. de peric: & commod: rei vend.* Quare firmisſima apud ICtos regula evaſit: *Cum non conſtat de ignis nocentis causa & ortu, ut plurimum inhabitantium culpa hunc excitatum præſumi* per *d. l.* 3. §. 1. *ff. de Offic: præfect: vigil: l.* 11. *ff: de peric: & commod: rei vend. Vincent. Caroc. de loc. conduct. part:* 2. *tit.* de *incend: ruin: naufrag: num:* 3. *Maſcard. de probat: lib.* 1. *concluſ.* 467. *num:* 5. *& l.* 2. *concluſ.* 892. *n.* 1. *Hahn. d. l.* eaque non *levi*, ſed *leviſſima*, *Richter. vol.* 1. *p.* 5. *conſ:* 15. *n.* 11. *& vol:* 2: *conſ.* 350. *n.* 18. niſi forte contrarium probetur, *Mynſ: cent.* 6. *obſerv.* 88. *n.* 12. *v. talem v. culpam Menoch. de A. I. Q. l.* 4. *cent:* 4. *caſ.* 390 *n.* 7. & quidem in *omittendo*, vel *negligendo*, non *committendo*, vel *faciendo* conſiſtente, *Menoch: d, l: n.* 7. *verſ. imo hæc culpa leviſſima dicitur & ſeqq: Koppen deciſ.* 38. *n.* 24. *p.* 99 *Richt. vol:* 1. *p.* 5. *conſ.* 15. *n.* 11. Quæ tamen utpote ex nudis ſaltem præſumptionibus pullulans ad condemnationem in pœnam civilem quoad damni æſtimationem non ſufficit, notante plurimis, *Ludolph: Schrader de feud. p.* 2. *princ: ſect. n.* 62. *v. propter quam culpam levisſimam*, quin potius ſi qua civiliter inhabitator condemnandus veniat, ad damni repa-

rationem agentibus probandi neceſſitas incumbit, ex inquilini culpa ignem nocentem ortum eſſe, *Menoch*: *de A I. Q. l.* 2. *cent*: 4. *caſ*: 390 *n*. 4. *v. contrarium alii crebrius Mynſing*: *cent*. 6. *ob*.. 88 *n*. 13. *Godd*: *conſ*: 108. *n*. 7. *v. ſed promiſ. non obſtant*: *n*, 8. *& ſeqq*. Præſertim certi ac determinati hominis, *Richter d. l. n*. 19. *Virgil*: *Pingitz. q*. 24. *n*. 25. non enim ſufficit, ut ut etiam diſſentit *Iaſon in l*. 58. *ff. de legat*. 1. *n*. 10. *&* 11. actorem evincere, *culpa lata*, vel *levi* incendium alicujus in domo excitatum eſſe, ſed determinati hominis culpa arguenda ac probanda venit, *Gail*. *pract* obſ. *l*. 2. *obſ*. 21. *n*. 3. *ſub fin*. *God*. *conſil*: 105. *n*, 12- *Farinac*: *in pract*. *crim*: *part*: 3. *quæſt*. 110. *c*. 2. *n*. 72. *&* 93. *Roland*: *conſ*: 95. *n*. 12. *fol*: 1. Unde eſt, quod præciſe vicinus probare debeat culpam domini, *Coler*. *deciſ*: 186. *n*. 4. *& ſeq*. non uxoris aut liberorum, utpote quorum culpam non præſtat maritus, vel Pater, *Rauch*: *p*. 2. *q*. 10. *Richt*: *d. l. n*. 21. Quod ſi plures forte domus combuſtæ inhabitatores extiterunt, etiamſi omniũ culpa præſumatur ortum illud incendium, nuda tamen hæc præſumptio ad omnium condemnationem haud ſufficiat, quin potius, niſi certi fortasſis alicujus & determinati hominis culpa probetur, ad horum omnium abſolutionem conducat, *Menoch*: *d. l*. 2. *cent*: 4. *caſ*: 390. *n*. 12. *Caroc*. *de locat*: *conduct*: *part*: 2. *t*. *de incend*: *ruin*. *naufr*: *n*. 4. *&* 5. *Henning*. *Gœd*. *d. conſ*. niſi forte inquilinus eſt malæ fidei poſſeſſor, is enim è veſtigio, etſi damnum perpeſſus haud probet, ejus culpa *lata*, vel *levi* incendium eſſe excitatum, ad damni refectionem tenetur, vid: *Caroc*: *&* *Gœd*: *d. l*.

§ II.

Dum verò Dd. regulam aſſenſu excipimus: *non apparente ſpeciali ignis nocentis cauſa, inhabitantium culpa illum ortum præſumi* non plane caſu etiam ignem nocentem excitari negamus, ſed oppido largimur, eum ſcilicet, qui nulla noſtra culpa, vel domeſticorum, aut aliorum mercede conductorum operariorum incuria ac negligentia excitatus, ſed unice citra ullam culpam, vel ab occulta quapiam cauſa, vel à fulmine urente, eſt enim adhuc aliud *terebrans* & *diſcutiens* vid- *Sennert*: *Q. N. c*. 31. *p*. 684. *& Sperling*: *Inſt*: *Phyſ*: *lib*: 5. *c*. 7: vel ab incendiariis, hoſtibus ac prædonibus injectus, qui ob id etiam inter caſus fortuitos referri meretur in *l*. 1. §. 4. *ff. de O. & A. l*. 5. §. 4. *& l*. 18 *princ*: *ff commod*: *l*. 9. § 3. *l*. 15. § 2. *ff*. *locat*: *conduct*. *l*. 30. *pr*. *ff*. *ad L. Falcid*: *l*. 22. *ff*. *de negot*: *geſt*: § *cum autem Inſt*: *de empt*: *vend*: § *item is cui res Inſtit*: *quibus modis re contrah*: *obligat*: *v*. *Rittersh*: *d. l*.

§ III.

Quapropter probe omnino diſtingvendum eſt, ſitne incendium vi quadam extraria, an vero inhabitantium culpa exortum, *l*. 30. § 4. *ff*, *locati*. *Priori enim caſu*

*fu*cum vi quadam majori fiat, nec provideri, aut averti potuerit, ut ſunt *incendia Montium Æthnæ* in Sicilia, *Cluv: Sicil: antiq: lic:* 1 - *c.* 8. *Veſuvii* in Italia, *Idem Ital: Antiq: lib:* 4. *c.* 3. *Heclæ in Islandia, Georg Agric: de ortu & cauſis. ſubterr: lib:* 2. *c.* 20. *& de Natura eorum, quæ effluunt e terrâ lib:* 4. *c.* 17. *Camer: Hor: Subciſiv: Cent:* 3. *c.* 17. item cum à fulmine conceptum, *Cam. d. Cent:* 3. *c.* 87. aut alio igne injecto excitatum, daß das Feur angelegt/ quo apud *Turcas* nihil freqnentius, *Busbeqv: Ep:* 1. *leg: Turc: p.* 69. aut à Vicini ædibus propagatum, fuſumque, aut alio quovis modo exortum, fortè è corruptione fœni madidi, de quo videre eſt in *Conſil. Altorfin.* 96. & 116. quorum illud eſt *Giphanii*, hoc *Freheri*, ubi illum damnis fatalibus adſcribunt, CASUS tantum eſt FORTUITUS, *l.* 5 §. 5. *l.* 18. *pr. ff: comm: l.* 1. *l.* 4. *ff. de O. & A. l.* 9. *l.* 3. *ff: locati l.* 20. *pr. ff. ad L. Falcid: l.* 22. *ff. de negot: geſt. l.* 52. §. 3. *ff. pro Soc:* §. 2. *Inſt: quib: mod: recontr: obl: Paul: Sent:* 4. *Bart: add. l.* 1. *ff. de off. præf: Vigil: Seb: Med: de Caſ: fort: p.* 2. *q.* 7. *Poſteriori* cum vel noſtra, vel noſtrorum domeſticornm negligentius ignem cuſtodientium aliqua ſaltem culpa acceſſerit, non æque *l.* 27. §. 9. *l.* 30. §. 3. *ff. ad L. Aquil: l.* 11. *ff. de peric: & com. rei vend:* in qua ſubaudienda eſt particula *Plerumque*, ne alioqui, ſi hanc indefinitam propoſitionem: *Incendium non poteſt fieri ſine culpa*, acceperimus pro *univerſali*, i. e. omne incendium evenit è culpa, non modo ſibi ipſi in *l.* 30. §. 4. *ff. locati* & rei veritati repugnet *Alfenus*, ſed & *Paulo* in *l.* 3. §. 1. *ff. de offic. præf: Vigil:* aliisque ICtis, quorum LL. ſupra allegavimus.

§ IV.

Quando autem dubium eſt, utrum *dolo*, an *culpa*, vel *fato Ignis Nocens* ortus ſit, neque è meris præſumptionibus, aut conjecturis hæc res aptè decidi poteſt, hinc ſubjicere *Themati* noſtro proficit, quomodo *fato*, ſeu vi majori, quomodo *dolo*, & tandem *culpa* Ignem Nocentem ortum eſſe probetur. *Fato* ortus evincitur ſi è vicini ædibus, vel ab igne in plateis ſtructo, vel fulmine, aliisque impresſionib9 ignitis injectus, adhæc eiam inhabitator ad ſui exonerationem docere queat, ſe, quantum potuerit, diligentem fuiſſe ac vigilantem, imò conſveviſſe monere ſervos, ut ignem diligenter cuſtodirent, vid. *Rittersh. ad d. l. contractus ff. de R. I. c.* 18. *v. quinto quærit Vlpianus &c: Gramm. deciſ.* 2. *n.* 13. *Dolo* immiſſus partim præſumitur, partim probatur, quando primum ex horreo ortus, vel ſtabulo, aut ſimili loco, ubi non ſveverunt ignes conſtrui, vel lumina inferri, vel etiam quando hoſpiti, inquilino, aut patrifamilias prius denunciatum fuit ab alio, quod quis in domum ſuam ignem immitteret, idque fide dignis conſtiterit teſtibus, vel unico ſaltem, omni tamen exceptione majore; *Gloſs. & Dd. in l.* 3. *C. ad L. Iul: Majeſtatis Iodocus Bamhauderius praxi crim. c.* 101. *n.* 9. imò à nefario quodam ſtabulo alicujus, vel horreo flamma immiſſa eſt, quæ poſthac domum corripuit, *Damhaud. d. l.* vel literæ cognitæ

certi hominis minitantis exuſtionem, daß er einem einen rothen Hahnen auff ſein Hauß ſetzen woll: parietibus templi, vel alteri cuipiam loco inſcriptæ reperiuntur, vel quis ſimpliciter minatus eſt incendium, idque per teſtes ad minimum duos omni exceptione majores probetur, *Barth. in l. fin. de quæſt. Magon deciſ.* 81. vel quis clandeſtinè & occultè igneas faces, aut tela ignea, aliave fomenta facilè accendentia jam ante in domo præparavit, hisque paulo poſt incendium ſubſequatur, *Conſt. Crim. Car. V. Art.* von heiml: Brandt 41. *Zanger de Quæſt. incipient. Divum Auguſtum n.* 190. vel quis cum vicino ſuo inimicè vixit, & poſt incendium in Vicini ædibus ortum diſceſſit, imò quantisper abfuit, *Berlich. pract. concl.* 29. *n.* 48. his enim indiciis ſatis ſuperque incendium probatur, *Caſtrenſ. in l. ſi ſepulchrum C. de relig. & ſumpt. funer. Hippoll. de Marſ. l.* 10. *in Rubr. C. de probat. Vultej. conſ. Marp.* 16. *vol* 1. *n.* 59. ita ut torturæ aperiatur locus, *Zanger de tortura c.* 2. *n.* 109. junge *Anthon. Theſaur. deciſ. Pedemont.* 24: *incip. incendium commiſſum n.* 1. CULPA excitatus probatur *conjecturis & indiciis, Peoſper Farinac. in pract. crim. part.* 3. *q.* 110. *c.* 2. *n.* 73. quæ utrum ad probandam culqam ſive *latam*, ſive *levem*, ſive *leviſſimam* ſufficiant, Judicis arbitrio dignoſcendum ſubjicitur, *Menoch. de arbitr. Iud: quæſt: l.* 2. *cent:* 4. *caſ.* 390 *n.* 16. In ſpecie tamen ad inquirendum & capiendum, non condemnaudum pro ſufficientibus æſtimantur, ſi unus duntaxat ſolus ædes exuſtas habitavit, cujus culpa incendium tunc omninò exortum creditur, *Farinac: d. l.* æque ac in caſu, quo actor docuit, inhabitatorem ædium exuſtarum ignes in loco periculoſo & minus congruo accendiſſe, vel eos teſtâ, aut tugurio tempore nocturno haud cooperuiſſe, quos tamen innoxios & innocentes habere debuiſſet, ut JCtus loquitur in *d. l.* 11. *§.* 1. *ff. locat: conduct:* & alias habitatori injungitur in *l.* 30. §. *ult: ff. eod. tum l.* 28. § 8. *& l.* 30. § 3. *ff. ad L. Falcid.*

§ V.

Sicuti hæ conjecturæ ac indicia *culpam* arguunt ſive *latam*, ſive *levem*, ſive *leviſſimam*, ita viciſſim per contrarias probationes eliduntur, puta ſi inquilinus diligentem ſe probet in velando igne, non tantum cineribus, ſed teſtâ, ſe ſolitum fuiſſe ſervos admonere, ut ignem diligenter aſſervent, *Gail: pract: obſ:* 21. *n.* 3. vel incendium aliunde, quam ex domo ortum eſſe, *Gail: d. l. Bald: conſ:* 44. *l.* 3. *Fulgoſ: in l. ſi vendita ff. de peric: & commod: rei vend: Caroc. d. l. p.* 2. *tit. de incend. ruin: naufrag. n.* 2. *&* 8. vel ab hoſtibus publicis immiſſum, *Caroc. d. l.*

Annotata ad Cap. IV.

§ I.

Quarè firmiſſima apud ICtos Regula evaſit: cum non conſtat de ignis nocen-

tis

tis cauſa & ortu ut plurimum inhabitantium culpa hunc excitatum præſumi) Culpa inhabitantium incendium eſſe excitatum deficiente alia perſpicua cauſa ſemper præſumitur, per *l.* 3. §. 1. *ff. de off. præf: Vig: & l.* 11. *de peric: & com: rei vend:* ob verbum *plerumque*, quod regulam conſtituit, notantibus *Iaſone in l. juris gentium* §. *prætor ait ff. de pactis & Gomeſ. in* §. *ſed iſtæ Inſt: de Act: num.* 21. Verum ea præſumtio indeterminatæ tantum eſt perſonæ, ſiquidem, licet incendium regulariter ſine culpa non eveniat, haud tamen inde certæ perſonæ; multò minus Patrisfamilias culpa arguitur, & licet ſervorum negligentia factum eſſet, non tamen Paterfamilias eo ipſo teneretur, utpote qui miniſtrorum ſaltem circa officium ſuum deinquentium culpam præſtat, *l.* 5. *ff. de public: & vectigal: l.* 9. *ff. ad L. Aquil.* quare hæc omnia prius probanda ſunt, antequam locator ad damni emendationem agere poteſt, neque generalis hæc præſumptio ad hoc ſufficit, *arg: l.* 5. §. 4. *comm: l.* 18. *eod:* §. 2. *inſt: quib: mod: re contrah: oblig.* ubi de incendio non teneri commodatarium dicitur, niſi ejus culpa evidenter præceſſerit. Nec obſtat I,

> *Quicquid plerumque & ut plurimum culpâ inhabitantium evenit, de eo Paterfamilias, niſi à ſe & familia ſua culpam abfuiſſe probet, omnino tenetur, nec Actor culpam inquilini, vel determinatæ perſonæ probare opus habet.*
>
> *Atqui incendium plerumque* &c. *culpa inhabitantium evenit. E.*

R. enim ad *Majorem* negando ejus conſequentiam, etſi enim è generali inhabitantium culpa oriri incendium ut plurimum præſumi judicant ICti in alleg. *l.* 3. & *l.* 11. non tamen inde citra probatam ab actore ſpecialem determinatæ perſonæ culpam, eamque cum culpa Patrisfamilias concurrentem, hunc inquilinum teneri concludunt: Deinde etiam *major* poteſt limitari hoc modo: Quicquid &c. culpa inhabitantium, qua certam, ut par eſt, ac determinatam perſonam convictorum & in officiis Domini conſtitutorum evenit, de eo, &c. tenetur Paterfamilias, &c. Nec II.

> *Quicunque allegat, incendium caſu fortuito factum eſſe, illi hoc ipſum probare incumbit.*
>
> *Atqui inquilinus hoc allegat. E.*

Reſp. ad *Majorem* limitando: Quicunque allegat è communi ſententia juris pro ſe faciente, qua incendium inter caſus fortuitos numeratur in *l.* 23. *ff. de R: I. l.* 18. *ff. commod. l. fin: de incend. ruin. naufr.* non animo onus probandi in ſe transferendi, illi hoc ipſum &c. & ſic negatur conſequentia *majoris*, non enim animo ulterius probandi hoc allegat, ſed, ut dictum è ſententia legis, quæ quando ſtat à partibus Inquilini & ſic præſumptionem facit pro eo, dum in genere permiſſorum eſt conſtitutus, licet enim in domo habere ignem innocentem, *l.* 11. § 1. hinc onus probandi transfert in adverſarium, arg: *l.* 28. §. *quod ejus ff. ex quib: cauſ. major.* præſertim quando rei partes ſemper ſunt favorabiliores & quilibet præſumitur diligens,

donec ejus negligentia doceatur, *Gloſſ. in l. quoties §. qui doloff, de probat.* actore v. non probante, reus merito abſolvitur, *l. 2 ff. de probat:*

Et quidem in omittendo, vel negligendo, non committendo, vel faciendo conſiſtente) confer. *l. 91. pr. ff. de V. O.* Quod ſi enim in *omittendo*, vel *faciendo* conſiſtat, legi Aquiliæ ad damni reparationem locus eſt, etiam è culpa leviſſima, *l. 44. ff. ad L. Aquil.*

Niſi forte Inquilinus eſt malefidei poſſeſſor) Ratio, quoniam ſemper in dolo eſſe præſumitur, *l. 80. ff. Si ex cauſ. jud: l. fin. ff. de condict. furtiv: l. ult. ff. de condict. ob turp. cauſ.*

§ IV.

V*el literæ cognitæ certi hominis minitantis exuſtionem*, daß er einem einen rothen Hahnen auff ſein Hauß ſetzen wolle / *parietibus templi &c. inſcriptæ reperiuntur*) Tales literas Conſulis Stargardienſis *Ioachimi Appelmanni* filius *Ioachimus* nominis ſaltem, non virtutum paternarum heres huic ſuo Parenti in hunc tenorem miſit: Er ſolle ihm 100. Rthl. ſchicken/ oder er wolle ihm einen rothen Hahnen auff ſeine Schäfferey/oder Scheune ſetzen, quem Pater poſt vulgatam in Urbe diffidationem, & à ſe requiſitam cautionem indemnitatis in pago Brockhauſen ex improviſo per lictores in vincula ductum, poſt acceſſum ſuum cum Paſtore ex Urbe paterne ac chriſtianê admonitum, non obſtante filii deprecatione, qua ſæpe deceptus, à carnifice mox recedens capite mulctari curavit, *Ioh: Micrælius in Chron: Pom.* Pro hujusmodi diffidatore autem minimè habendus nudis verbis alicui incendium, inflammationem, aliave hoſtilia minitans, quando deficit factum antecedens, oblatio literarum diffidatoriarum, vel affixio ſigni inflammationis, der Brandt-Brieff und das Brandt-Zeichen/ Unde nec gladio, aliave pœna afficitur, licet usq; dum in carcerem conjiciatur, donec ſufficientem præſtiterit cautionem de non offendendo, *Coler: p. 2. Dec. 232. Daniel Moller lib: 3: ſemeſtr. 29. Berlich: p. 4. concl: 22. n. 14:*

§ III.

Culpa excitatus probatur conjecturis & indiciis) Ratio, quia caſus obſcuri & ambigui probantur per indicia, *l. 5. §. 6. ff. de re milit.* Licet verò cauſa & origo incendii probetur conjecturis, corpus tamen delicti ipſius incendii manifeſtè probari debet, *Bertazoll: conſ: deciſiv: 382. n: 4. adde cap: licet ex quadam X. de teſt.*

Si unus duntaxat ſolus ædes exuſtas habitavit, hujus culpa incendium tunc omnino exortum creditur) Ratio, quia tunc perſona indeterminata non eſt, *Menoch: de Arbitr: Iud: Quæſt: lib: 2. Cent: 4: c. 390. n. 6.*

CAP

Caput V.

De
POENA IN AUTORES IGNIS NOCENTIS CONSTITUTA.

§ I.

VIſis hactenus IGNIS NOCENTIS ſpeciebus, easque per conjecturas & indicia probandi ratione, jam ordinis ratio poſtulat ſubſternere, qui *Ignis* pœnam & qualem mereatur, qui non: Hic è veſtigio recurrendum venit ad traditã ſupra *cap*:2.§.1.2.3.*et*4. diviſionem, qua *Ignem Nocentem* aliũ conſtituim9 *Doloſum*, alium *Culpoſum*, alium *Fatalem*. *Doloſum* certa ſua omnino manet pœna, eaque pro diverſitate juris diverſa, *Ius Civile*, inſpectâ tam perſonæ res ſive *mobiles*, ſive *immobiles* dolosè deurentis, quàm loci exuſti qualitate, modo *Gladii*, modo *Ignis*, modo *ferialem pœnam*, ut latiniſſant *Practici*, *Incendiariis Doloſis* dictitat, & quidem, ſi *locus incendii* eſt *Vrbanus*, *incendiarius* autem *ſplendida dignitate*, aut *honeſtate conſpicuus*, incendium ab eo excitatum interea *grande*, Capitis pœnam decernit; ſi exiguum, *Deportationis*, *l.fin*: §.1. *ff. de incend*: *ruin*:*naufrag*: *&* *ibi Bald*: *Mynſ. cent.* 7. *obſ*: 88.*num*: 8. *Carpz*: *p*.4.*Iurispr. forenſ. conſtit*: 17.*def*.1.*n*.10. Si *vilis alicujus conditionis* & ex incendio orto *ſummam jacturam* Dominus, vel Inquilinus ædium, cæterique vicini paſſi ſunt, incendarium à beſtiis dilaceratum poſthac vivi comburio deſtinat, *l*. 9. *l. ult. ff. de incend. ruin. naufr. Gail*: *d.l*.2.*obſ*: 22.*num*: 6. *Harprecht. ad* §. *item Lex Iulia de vi publica*, *Inſtit*: *de publ*: *Iudic. num*: 16. *Schneidw. ad* §.19.*inſt. de L-Aquilian*. 1.*v. primo quando in civitate committitur*. Si *modicum*, vel *minimum damnum* inde conciliatum, decapitandum jubet in *l*.28, §.12: *ff. de pœn. Schneidw. d.l.num*.5. *ſi vero non eſt magnum*. Ita *de Vrbano* Jus Civile: Quoad *locum Ruſticum*, ſeu *Agreſtem* viciſſim diverſitatis rationem adhibet, tam in reo ignis doloſi, quàm damno inde orto, *Incendiarius Nobilis & egregiæ alicujus dignitatis* ob incendium maximum extra mœnia civitatis in villa commiſſum *Deportationis* ſupplicio, ob parvum *Relegationis* mulctatur, *l*. 28. §. 1. *&* 12. *ff. de pœn*: *l.fin*. §. 1. *ff. de incend*: *ruin*: *naufrag*: *Ignobilis* ob magnum gladii, per *l*. 1.*pr*: *l*.10. *ff. ad l. Corn. de ſicar. l*.28. §. 12. *v. qui vero caſu ff. de pœn*: ob exiguum Deportationis pœnam luit, *Schneidw d.l.n*.5. *v. ſecundo* Hæc *Ius* noſtrum *Civile*, *Canonicum* in *Foro Contentioſo* ignis doloſi reos, habita loci, damni & doli ratione, *Arnold. Corvin*: *de Iur. Can*: *l*. 4. *tit. de Incendiariis*, ad *arbitrariam* abſtrahit *pœnam* a Iudice determinandam, docente è

Mar-

Marco Antonio Kucho in Inſtit: Iur: Can: lib: 4 *rubr. de diverſ: delict: v. qui incendium Iacob Menoch. de arbitr: Iudic: quæſt: lib:* 2. *Cent.* 4. *caſ.* 399. *incip: incendiarii num:* 38. In *Pœnitentiali* eum, qui Eccleſiam conſecratam nempe, ut rectè cenſet *Abbas in Rubric: de conſecrat: Eccleſ: vel Althar:* incendit, ipſo jure quindecim annorum ſpatio excommunicat, *cap. ſi quis Eccleſiam cauſ.* 17. *quæſt.* 4. qui domum, vel aream alterius in cineres redigunt, cæterosque per tres annos pœnitentiam agere & ſublata inſuper ac combuſta ad unum omnia reſtituere jubet, *c. ſi egreſſus* 5. *& ſeqq. X. de injur. & damn. dat. c. tua nos X. de ſuntentia ex communicationis c.* 8. *c.* 12. *quæſt:* 2. Poſt hæc *Ius Saxonicum noviſſimum*, de quo prolixè agunt *Daniel Möller Matth: Berlich: in pract: concluſ. & Carpz: tam in pract. civil: quam crim:* ſpreto, quid olim diſpoſitum in textu deß Landt-Rechts *Libro ſecund: Articul:* 13 §. alle Mörder und Mordbrenner &c: Ibi alle Mörder und die den Pflug berauben / oder Mühlen / oder Kirchen / oder Kirchhöfe / und Verächter und Mordbrenner / die ſol man alle Radebrechen / è generali conſuetudine approbata ab *Illuſtr. Auguſto Elect. Sax: in ſuis novell. part.* 4 *conſt.* 17. Incendiarios indifferenter omnes, nullâ *ſexus, ſtatus*, aut *conditionis*, an *Nobiles* ſint, an *Innobiles*, habita ratione, Ignis ſupplicio ſubjicit, *Beuſt. l. admonendi* 31. *ff. de Iurejur. n.* 1170. *in med. verſ. debent primo incendiarii in pr.* Carpz. *part.* 1. *pract. Crim. quæſt.* 38. *num.* 19. *& ſeqq. & part.* 4. *Iurispr. forenſ. Conſt.* 17. *def.* 1. *num.* 78. *& ſeqq.* etiamſi proprias ædes, animo tamen vicinis unà nocendi flammis concremaverint; *Carpzov. d. l. def:* 2. vel antehac offenſi & provocati, nunc ſe ulciſci volentes flammas offendenti, ejusque prædiis paraverint; *Carpzov. pr: crim: p.* 1. *q.* 38. *num.* 58. 59. 60. 61. 62. *& ſeqq.* aut minimum damnum, vel prorſus nullum datum ſit per incendium, *d. conſtit. Elect.* 17. §. nach dem ſolche Miſſethat unter die gröſſeſten und atrociſſima delicta gerechnet *part.* 4. Puta quod ignis urere haud cœperit, vel quidem cœperit, ſed minimam ædium partem combuſſerit. *Carpzov. d. l. def.* 3. imò etiamſi impediti ſint, aut ad damni reſtitutionem, ad quam alias de *Iure Canonico* tenentur, non *Civili*, ut male hactenus plerique tradiderunt, & inter hos *Minſing. cent.* 6. *obſ:* 87. *num.* 5. *Proſper Farin. pract. crim. part.* 3. *quæſt.* 110 *num.* 9. *Menoch. d. l.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 390. *n.* 27. ſeſe obtulerint, vel pecunia ad inflammandum conduci paſſi ſint, cum in delictis ob mandatum nemo excuſetur, *Bart: in l. non ſolum* §. *ſi mandato ff. de injur. Tiber Decian. tract. crim. lib:* 9. *c.* 37. *num.* 1. *Carpz. pr. for. p.* 4. *c.* 17. *def.* 6. ſicuti nec ipſe mandans excuſatur, ſed æquali cum mandatario ignis pœna afficitur, effectu ſecuto, utpote quando in ſe ipſum & mandatarium quem corrumpit, tum maximè in eum, cujus ædes comburuntur, delinquit, *Gloſs. in l. Athletas* §. *Pomponius ff. de his qui not. infam. Maſcard de probat. l.* 2. *concl.* 1012. *n.* 1. denique committendi incendii ſcientiam tantum habuerint, opemque tulerint, quæ omnia eleganter illuſtrat *Carpz. ſeqq. reſponſis.* Primo Anno 1588. lato his verbis: Hat Inquiſit geſtanden und bekandt / daß er am negſt vergangenen Chriſttage / Vormittag unter der Predigt ſein eigen

Häuſe-

Häuſelein mit einen brennenden Stroh-Wiſch vorſetzlich angeſtecket/ zu dem Ende/ daß auch ſeines Nachbahren Hauß zugleich mit anbrennen ſolte/&c: Da nun ſolcher Brandſchaden gewiß und in wahrheit geſchehen/und der gefangene würde auff ſeinem gethanen Bekendtniß vor Gerichte freywillich verharren/ oder deß ſonſten/ wie recht/ überwieſen/ ſo möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Mißhandlung mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. Secundo, Anno 1604 pronunciatio his verbis: Iſt Peter Schlattenbachs Haus mit Feuer angeſtecket/welches auch zu brennen angefangen/aber doch bald wieder geleſchet worden/alſo das wenig Schade geſchehen//und es hat ſich Inquiſit zu ſolchem anſtecken/und daß er das Feur angeleget/bekant/ꝛc. Da er nun auff ſeinen gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/oder des ſonſten/wie recht/überwieſen werden würde/ ſo möchte er derowegen hinwiederumb mit dem Feur vom Leben zum Tode geſtraffet werden V.R.W. Sanctio demum Carolina, quæ in Imperio Romano eſt lex civilis univerſalis, omnes indiſcriminatim ignis ſupplicio addicit, *Art:* 125 in verbis: Die boßhaffte uberwundene Brenner ſollen mit dem Feur vom Leben zum Tode gerichtet werden, vid. pluribus *Carpz. p.* 4. *Iuriſpr. for. Conſtit:* 17. *Def:* 3. *per tot.*

§ II.

Hæc de *Igne Doloſo* Jura communia juxtim ac Provincialia cũ pragmatica Caroli V. conſtitutione, bellè determinant, videndũ ab his qualem pœnam *Ignis Culpoſus*, & quidẽ primo è *lata culpa* ſubortus mereatur. Hic rurſus in diverſa abeunt Doctores per textus in *l.* 3. § 1. *ff. de Offic. Præf. vig:* & *in l.* 11. *ff. de incen: ruin: naufr:* quorum prior fuſtigationis pœnã dictitat, poſterior pœnæ certitudinẽ non exprimit, quapropter plerriq; & inter hos *Angel: Aret. de male: verb. incendiario n.* 4. Incendii rerum ex lata culpa mortis ſupplicio teneri, plerique & ex his *Proſper Farin. in ſua pract: crim: part.* 3. *quæſt.* 110. *n.* 17. mitius, quam ignis doloſi autorem puniendum, alii eum ut ut viliſſimæ conditionis nunquam ad mortis ſupplicium, vel mutilationis mẽbrorum, ſed aliud corporale aut graviſſimum pecuniarium abſtrahendum judicant. Verum in hac diverſa diverſorum opinione intuitu, quod, cum certa pœna legibus haud definiatur, arbitraria ſit animadverſio, per tradita *Iaſonis in l. jubere n.* 17 *ff. de juriſd. Iacob Schult. in addit: ad Modeſtin: Piſtor: part:* 3. *quæſt:* 104. *n.* 9. rectius hujus incendii pœnam arbitrariam dicimus cum *Menochio de arbitr: judic: quæſt: l.* 2. *cent:* 4. *caſ:* 390. *SchneidW. ad* § 13. *inſt: de L. Aquil: n.* 5. *Carpz. part:* 4. *Juriſpr: forenſ: conſt.* 17. *def:* 12. *num:* 8. Ita ut Judex pro arbitrio æquitati tamen & legibus conformi, tum habita ratione circumſtantiarum & damni dati quantitate, ſi *Incendium Magnum* evaſerit, *corporalem* non tamen fuſtigatione ſeveriorem, aut *maximam pecuniariam*, ſi *Exiguum*, leviorem *pecuniariam* pœnam imponere poſſit, *Mynſing. cent:* 6. *obſ:* 88. *n.* 9. à quo nec ebrietas delinquentem

excuſat, *Carpz: d. l.* qui & ita pronunciatum meminit contra P. S. zu Freyberg/ *Menſ: Ian: Anno* 1675. his verbis: So wird der verhafftete Mälßer P. S. wegen ſolches ſeines Unfleiſſes und Unachtſambkeit/in dem er über gethane Verwarnung/deß Vollſauffens ſich befliſſen/ und dabey angeregten Brandſchaden veruhrſachet/ andern dergleichen Geſellen zum Exempel und Abſchew öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ und nach außgeſtandener Leibesſtraffe des Landes ewig verwieſen / V. R. W. Quamvis tamen ultra hanc *pœnam arbitrariam*, modo non ſit *corporis afflictiva*, reum incendii culpoſi etiam ad damna & intereſſe teneri non negemus, utpote quæ pars læſa vigore *l. 9. verſ. ſi vero ff. de incend. ruin: naufrag: l. 28. §12. de pœn. cap. ſi quis domum 6. X. de injur. & damn: dato* non tantum à reo principali verbi gratia *ſervo*, verum etiam ab *ipſo patre familias, cui datur ad hanc regreſſus*, ob admiſſam familiæ ſuæ negligentiam de jure non ſeparatim modo, ſed etiam junctim poſtulare poteſt, *Farin: in pract. crim: part:* 3. *quaſt:* 110. *n.* 14. ibi. *Poteſtque Iudex Mynſing. d. l. obſ:* 29. *per tot: & cent:* 4. *obſ.* 34. *per tot. Carpz: d. l. def.* 13. *n.* 4. *Richter vol* 2. *conſ.* 350 *n.* 27. Imo damna quoque & intereſſe, ſi aliunde non liqueant, vel Iuramento in litem probare, vel ad certam ſummam æſtimata incendiarii conſcientiæ ac juramento minorationis committere valet, prout ita *Scabinos Lipſienſes* contra *Georg: Maltitz*, pronunciaſſe refert *Berlich part:* 4. *pract. concl:* 25. *n.* 14. his verbis; Da nun ewre Unterthanen erhalten würden/ daß ſie an Getraide/ Viehe/ Vahrnüß und Vorrath / als ein jeder angeben / in Zeit des ergangenen Brandſchadens gehabt hetten / ſo wär Georg von Maltitz ihnen ſolches alles in dem angeſchlagenen Taxt und Werth/ſonderlich angeſehen / weil auß eurem Bericht das Getraide zu grim zur ſelben Zeit / da der Schade geſchehen/ ein jedes nach ſeiner Arth dem Verzeichnüß gemäß auffm Marckt und Städten Kauff gehalten/ ſo viel er mit ſeinem Eyde daran zu mindern nicht vermöchte zu erſtatten ſchuldig V. R. W. v. *eund. d. l.*

§ III.

Quando autem Patremfamilias ob admiſſam familiæ ſuæ negligentiam una cum ſervis delinquentibus ad damni emendationem obligatum eſſe tradimus, illud ad hos ſaltem caſus unice reſtringimus, ſi I. ſua diligentia non prohibuerit delictum, quod hac ipſa prohibere poterat *Alc. de Præſum: præſump.* 40. *n.* 2. *Ruin: conſ.* 12. *n.* 8. *vol:* 5. *Mavius ad Ius Lub. lib.* 3. *tit.* 8. *art.* 1. *num.* 27. II. Si miniſtros improbos ac inidoneos oſcitanter elegerit, ſuiſque miniſteriis domeſticis adhibuerit, in quibus deinceps deſidioſe *omittendo*, vel *faciendo* quicquam commiſerint, unde incendium, aliudve damnum datum, puta ſi per culpam ſtabularii in ſtabu-

lo

lo, per negligentiam coqui in coquina, per deſidiam fornicarii apud fornacem, per oſcitationem inepti ac temerarii cereviſiæ coctoris, vel polentæ factoris, eines nachläſſigen/ruchloſen Brawer und Maltzer-Knechts, ignis ſegniter fuerit cuſtoditus, atque hinc incendium ſurrepſerit per *l.* 27. §*ſi fornicarius* 9. *ff. ad L. Aquil. l. fin.* §. 4 *ff. Naut. Caup: ſtabul: Gail d. l. Modeſtin. Piſtor. conſil.* 18. *n.* 18. *l.* 1. Quod ſi enim Paterfamilias hujuſmodi ſervis, aut famulis, vel cereviſiæ coctoribus, aut polentæ factoribus uſus ſit, qui publice idonei habentur & quos alii diligentes ad hujuſmodi operas adhibere ſoleant, interea autem ab his circa officium ſuum conſtitutis incendium fuerit excitatum, nequaquam ille ad damni reparationnm obſtringitur, quoniam eo uſus eſt miniſtro ac miniſterio, quo alii uti ſveverunt, vide *Cephal. conſ.* 362 *per tot. vol* 3. *Mev. d. l. n.* 30. Dico circa officium conſtitutis, quando enim miniſtri extra officium delinqunt, & incendium culpa alterius oritur ad id officium non deputati, Dominus eo nomine non tenetur, *Mev. d. l. n* 31. *Menoch. de arbitr: Iudic: quæſt:* 24.

§ IV.

Cognita *Ignis Culpoſi è lata Culpa* provenientis pœna, proximum eſt ſubſternere, qualis è *levi* ortum, ejuſque autorem ſequatur. E *levi* itaque ortus reos ſuos minime impunitos dimittit, ſed ad damni dati emendationem obſtrictos reddit, vid. *l.* 1. *ff de incend. ruin. naufr. l.* 1. *C. de L. Aquil:* ubi *Anth. Peretz* & *Brunnemã*, quam recte in ejus authores adhiberi interpretes ad unũ omnes hactenus docuerunt: Sed an præter hanc ad aliam ſimul corporalem, aut pecuniariam fiſco amplicandam ſint abſtrahendi, multum inter ſe variant. Plerique per *l.* 9. *v. ſi vera caſu ff. de incend. ruin: naufrag:* nulla proſſus pœna criminali, plerique criminali quidem, ſed tantum pecuniaria fiſco adjudicanda, non corporali quoque eos mulctandos cenſent, per *l.* 11. *ff. d. t.* id quod etiam aſſenſu excipiunt *Farin in ſua pra: crim: part:* 3. *Quæſt.* 110. *n.* 19. *ibi quintus eſt caſus*, *& ſequent. Gilhauſ. in ſua arbor: Iudic: crim: c.* 2. *tit. de incend: n.* 3. *v. ſecundo incendium Reliqui & inter* hos recentiores, *Mynſing. cent.* 2. *obſ.* 88. *n.* 9. *v. quod ſi levi culpa Menoch. de arbitr. Iudic: quæſt: cent:* 4. *caſ:* 390. *n.* 22. 23. *& ſeqq.* diſtingvendo; an *levis Culpa* committatur in *faciendo*, an *omittendo*, aut *negligendo* priori, non poſteriori caſu criminalem pœnam ipſis ſubeundam ſtatuunt, ſed rectius indiſcriminatim ſive *Culpa levis* accidat in *faciendo*, ſive *negligendo* criminali, id eſt pecuniaria fiſco applicanda pœna Judicis tamen arbitrio, ob id, quod certa ejus quantitas nullibi definita appareat, omnino reliquenda, per *l.* 1. §. *fin. ff. de Iur. delib: l.* 1. §*fin: ff. ex quib: caeſ: major:* 25. *ann: in integr. reſtit:* hos puniri affirmatur, idque per textum manifeſtum in *l.* 28. §. 12. *v. non fortuita incendia ff. de pœn.* modo incendiarius pœnam hanc pecuniariam, ſeu criminalem ex eo, quod mulcta hæc fiſco applicetur, ſic dictam, arg: §. 10 *inſt. de injur. l.* 9. § 5. *ff. de public. & vectigal; l.* 1. §. *fin: ad L.*

de ambit: l. 3, *C. ſi pendent: appellat.* ob pauperiem, cui expoſitus, præſtare non impediatur, tum enim modicam & leviorem caſtigationem corporalem ſuſtinet, per ea. quæ tradit *ICtus in ſæpius dicta l.* 9. *in fin: pr: ff. de incend. ruin: naufr: & d. l.* 28. § 17. *ſub fin. ff. de pœn.* Et hanc incendii pœnam omnes Culpam levem præſtare adſtricti ſubeunt, veluti I. *Conductores* & *Inquilini*, utpote qui ad hujus culpæ præſtationem tenentur, per *l.* 9. §. *celſus l* 11 *pr. l.* 25. §. *culpa autem l.* 30. § 3. *l.* 60. *ff. locat. conduct.* & per conſequens ad incendii ex hac culpa conciliati pœnam, niſi evidenter appareat, incendium aliunde, quam ex domo proveniſſe, *Bald. conſ:* 44. *Caroc. de loc: conduct. part.* 2. *tit. de incend. ruin. naufrag. num.* 2. aut probent, ſe, quantum potuit, diligentes, vigilantes, & maxime ſolitos fuiſſe ſervos admonere, ut ignem diligenter cuſtodirent è *Grammat. deciſ.* 3. *num.* 13. *Caroc.* d. *l. n.* 8. vel etiam uſi fuerint homine perito in aptanda re, nec ſveto delinquere in ſuo exercitio, veluti muliere, quæ aptando ferculum incendium commiſit, notante eodem, *Carocio* è *Cephalo cons:* 362. *part:* 3. *d. l. num.* 16. Nec peregrè abeuntes reliquerint in domo adoleſcentes, pueros, vel puellas, quorum, quarumve incuria incendium ortum ſit, *Menoch. d. l.* 2. *de arbitr. Iud. quæſt. cent:* 4. *caſ:* 390. *num.* 88. *Caroc. d. l. n.* 7. II. *Venditores* ante rei venditæ traditionem, ſi eorum culpa intervenit, & hi in mora tradendi fuerunt, *l.* 11. *l.* 17. *ff de peric. & commod. rei vend* l. 5. *ff. ſi certum petatur l.* 35. §. 4. *ff. de contrah. empt.* III. *Socii*, *Cohæredes*, *Creditores in pignore*, *Procuratores*, *Tutores*, *Curatores*, *Negotiorum geſtores*, *Oeconomi*, *Adminiſtratores*, *fabri*, etiamſi ædium exuſtarum domini, *Card Tuſch. Tom.* 4. *pract. concluſ: lit.* I. *concluſ:* 61. *incip. incendium in domo n.* 10. & his ſimiles, *Rauchbar. ſæpius*, *d. quæſt.* 10. *n.* 25. *part.* 2. non æque *precario posſidens*, *per l.* 8. § 3. *ff. de precar.* aut *depoſitarius* vid. l. 1. *ff. depoſ. l.* 23. *ff. de R. I.* qui tamen oborto incendio, ſi res ſuas proprias depoſitis non pretioſiores prætulit, cum depoſitas ſervare potuiſſet, omnino tenetur, & damnum ex negligentia rebus depoſitis datum deponenti reſarcire cogitur, ob id, quod in depoſito diligentia conſideretur in *Concreto*, ideoque talis adhibenda ſit, qualis in rebus propriis, non minor, *l.* 32. *ff. depoſ. Hahn: in not: ad Weſ. Lib.* 16. *tit: depoſ: n:* 14. qui & ita in *Coll: Helmſtad:* pronunciatum meminit die *Novembr: Anno* 1649. his verbis: Thut ſichs berichteter maſſen verhalten/und hat H. F. bey entſtandener Feursbrunſt ſeine eygene Sachen und Kleider faſt eben an dem Ohrte/wo das bey ihm deponierte Geld verſtecket geweſen/gerettet/ermeldtes Depoſitum aber hinterlaſſen / und nicht mit herauß genommen. Dieweil ihm den wegen ſolcher anvertrawten Gelder ohn verletzten guten Glaubens/keinen geringern Fleiß/als er an ſeinem eigenen Gute gethan / anzukehren gebühret/und obgelegen/ſo iſt er J. E. ſolche deponirte Gelder zu erſtatten ſchulgig/ V. R. W. Dixi non pretioſiores, quod ſi enim res propriæ pretioſiores ſint, præferri utique poſſunt, nec depoſitarius tenetur de caſu, ſiquidem in communi periculo nemo obſtrictus eſt ſubire damnum majus,

jus, ut avertat alterius damnum minus; quod tamen ſecus eſt, ſi res propriæ depoſitis ſunt æquales, hoc enim caſu hæ illis ob promiſſam in iis diligentiam exactisſimam ſunt præferendæ, è *Leon. Leſſ. l. 2. c. 27. d. 6: Hahn. d. loc. lib. 13. tit: 6. num 7. vers. dummodo non ipſius culpa.*

§ V.

Poſt incendii levi culpa excitati pœnam explicari avet è *leviſſima* orto de jure tribuenda: *Leviſſima* verò *culpa excitatum incendium*, licet illud nullum prorſus inferre pœnam, ne pecuniariam quidem contra principia juris credat *Oldenb. Itin Iur. tit. 2. 16. §. 6. per Minſingeri obſ. 88. Cent. 6.* ubi tamē non de quovis patre familias aut inhabitiatore, ſed conductore ſaltem loquitur, qui cum de lata tantum & *l*evi culpa tenetur, *l. 5. §. 2. ff. comm*: ab hac levisſima prorſus liber eſt, *Minſ. d. Obſ. Menoch. l. de A. I. Q. lib. 2. Cent. 4. caſ. 190. n. 9.* damni illati reparationem ſuis autoribus ſupplicii loco imponit, ut liquet è *l. 9. verſ. ſi vero caſu ff. de incend: ruin: naufr. l. 28. §. 2. ſub fin. ff. de precar.* ſive culpa hæc leviſſima in faciendo, ſive omittendo admiſſa, modo incendiarius fuerit ſolvendo, aliàs enim, dum qui non habet in ære, in corpore luat neceſſum eſt, priori pœna corporali afficitur, per *d. l. 9. §. ſi vero caſu de incend. ruin. naufr.* Si verò damni emendationem præſtitit, nulli ulterius pœnæ criminali ſubjacet, per *d. l. n. 20. Schneidw. in §. 13. inſt. d. L. Aquil. n. 5. v. ſecundo caſu principali in fin*: Et hanc incendii pœnam luunt omnes culpam leviſſimam præſtantes *Commodatarius* ſcil. *Mandatarius*, *Prædones & malæ fidei poſſeſſores*, item *cui à Domino habitatio gratis conceſſa*, *& qui mercedem pro cuſtodia rei accepit*, *Menoch. de arbitr: Iudic: quæſt. l. 2. cent. 4. c. 390. num: 9. ſub fin: & ſeqq. l. 40. ff. locat. Proſper Farin. pr. cr. p. 3. q. 110. n. 28. & 29.* non etiam *conductores.* utpote qui de culpa lata & levi ſolùm tenentur, per *l. 5. §. 2. ff. commod: l. 23. de R. I. l 3. §: 1. verſ: niſi forte. ff. Naut. Caup. ſtab. l. 27. §. 11. ff. ad L. Aquil. l. 19. §. 5: locati.* niſi fortè hoc expeſsè in ſe receperint, *Menoch. d. l. num: 10. v. uno tamen caſu conductor & ſeqq. Caroc. de locat: conduct: part: 4. tit: de incend: n. 35.* neque *ii, qui ſine mercede res cuſtodiendas ſumpſerunt,* quod eleganter oſtendit & multis firmat rationibus *Proſper. Farinac. in ſua pract: crim: part: 3. & ſæpius dict. quæſt: 110. n. 30. 31. 32. & ſeqq.*

§ VI.

Expedita *Ignis Nocentis dolo, culpa latâ, levi & leviſſima* conciliati pœnâ, diſpiciendum jam erit de *Igne Nocente è vi majori orto*, Hic verò aut *totus citra ullam culpam â caſu fortuito extitit*, & tum nullam omninò pœnam, quin veniam potius & commiſerationem meretur, teſte *Marciano in l. 11. ff. de Incend: ruin: naufr:*

naufr: adeòque omni reſpectu prorſum eſt pœnæ expers, in tantum, ut ne civiliter quidem ad damna & intereſſe quempiam, excepto *prædone & malæ fidei poſſeſſore* ob id, quod ſemper in dolo verſari præſumatur, *l.*80. *l. ult. ff. de condict: furt: l. fin: de condict: ob turp: cauſ: Modeſtin: Piſtor: pr. q.* 75. *Rauchb q.* 104. *n. ult.* obſtrictum reddat, *d. l.* 13. *ff. de incend: ruin: naufr: l.* 49. §. 1. *ff. ad L. Aquil. l.* 7. §. 4. *ff. quod vi aut clam. Gail.* 2. *obſ.* 21. *n.* 2. *v. regulariter enim caſus Mynſing: cent:* 6. *obſ.* 88. *n.* 3. *Card: Tuſch: Tom:* 4. *pract: concl:* 62. *incipiente incendium cauſatum n.* 1. *& ſeqq.* Aut non in *totum à caſu dependet*, ſed *culpa aliqua Vim Majorem eſt antegreſſa*, vel *ad eam ordinata*, & tum ex hujusmodi fortuito incendio ad damna & intereſſe quis obligatur notantibus plurimis, *Andr. Gail. d. l. obſ:* 21. *n.* 2. *verſ: facit ſi culpa Farinac. in ſua pract. crim. part:* 3. *quæſt:* 110. *num:* 35. Hinc conductor domus, cum quo locator pactus eſt, ne Ignes in domo locata accendat, aut fœnum, vel paleam habebat, ſi, ſpretâ hac conventione, ignes nihilominus habuit, vel fœnum ædibus immiſit, etiamſi incendium fato, vel vi majori contigit, aut alius aliquis illato igne fœnum ſuccendit, ad omne damnum tenetur, *Farinac: d. l. num:* 58. 59. *& ſeqq:* æque ac is, qui fœnum humidum & nondum ſatis in prato per ſolis calorem exſiccatum, ex quo alias maxime ignis ſaboriri asſolet, in domo, aut fœnili repoſuit, vel die ventoſo ſtipulæ ſuæ, aut ſpinæ ignes ſubjecit, quorum flammæ vi ventorum in vicini ſegetes, vineas & domus agitatæ, quem ceu culpæ reum ad damni emendationem ex L. Aquilia obſtrictum eſſe patet è *l.* 27. §. 8. *l.* 30. §. 3. *ff. ad L. Aquil: l.* 1. *C. eodem* juncta *l.* 28. §. 22. *ff. de pœn: Paul.* 5. *ſentent:* 3. §. *fin:* Hinc & ille, cujus ædes ab inimicis ignibus deletæ ob id, quod cauſam & occaſionem inimicitiæ dederit, vicinis ſuis ex hoc excitato incendio detrimentum paſſis ad damni reſtitutionem obligatur, *Farin: d. quæſt.* 110. *c.* 2. *n.* 67. *Damhaud: in pract: crim: c.* 104. *n.* 10. imo damnum hoc omnino reſarcire cogitur, in caſu tamen, intellige, ubi vicinus non habet regreſſum contra authorem incendii, quippe in ſubſidium tantum, non aliter conveniri poteſt ille, cujus ædes ab inimicis deuſtæ, *Farinac.* d. *l. c.* 2. *num.* 68. etiamſi inimicitia citra ejus culpam provenerit, quia nempe inimicitiis hujusmodi expoſitus ædes ſuas cautius, ac diligentiori curâ cuſtodire, vel gratiam pacis cum inimico conciliare debet, *Gloſſ: in l. ſi merces* §. *culpa ff. locat: verb: inimicitias poſt principium verſ. vel etiam ſine culpa.* Hinc quoque bombardam diſplodens, unde præter diſplodentis intentionem aliorum ædificia exuruntur, ad damni emendationem ex L. Aquilia condemnatur, prout factum meminit in *Camer: Imper: Andr: Gail: pract: obſ: l.* 2. *obſ:* 22. *n.* 6. & ſi damnum datum ob inopiam emendare non valet, pœna etiam corporali, puta fuſtigatione plectitur, arg. *l.* 9. §. *ſi vero caſu ff. de incend: ruin: naufrag: l.* 28. §. 12. *ff. de pœn. Rauchb. d. part.* 2. *quæſt.* 110. *num.* 17. prout ſic reſponderunt Scabini Lipſienſes ad requiſitionem *Quæſtoris in Beltzigk. Menſ. Aug. Anno* 1604. his verbis: Ob nun wol der Gefangene nicht geſtändig/daß ſolches Feur von ſeinen Schuß verurſachet worden/ da aber dennoch die Perſohnen/ſo den Schuß gehöret/vermittelſt Eydes ausſagen

ſagen würden/daß bald nach ſolchem Schuß das Feur auffgangen / ſo wäre der Gefangene den abgebrandten Perſohnen ihren erlittenen Schaden zu erſtatten ſchuldig/in Mangel des/wurde er mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen. V.R.W. *vid.Carpzov.pr.crim.p.* 1.*q.*93. Eadem ratione etiam is tenetur, qui magnum, ut in coquendis piſcibus fieri conſvevit & immoderatum habuit ignem, *Farinac.d.quæſt.*119.*c.*2.*num.*47.*Caroc.de.locat. conduct. part.* 2.*tit. de incend.ruin.naufr.* vel qui domo locata non uſus eſt ad deſtinatum uſum, ſed illum uſum alteravit contra ſolitum patrisfamilias, puta ſi coquinam fecerit eine Garküche, & in ea ignes accenderit, addita magna lignorum quantitate, unde nimis altam flammam produxit, *Caroc.d.l.num.*13. aut circa culinam, ubi maximè accendi ignes ſueverunt, ſtraminis acervum fecerit, vel etiam ipſi hypocauſto ad fornacem uſque, aut furno calido, id quod in pagis ac vicis maximè frequentatur, ſtramen, aut frumentum ſiccandum immiſerit, & ita ex domo locata horreum effecerit, tum ille, qui die ventoſo ignem ad comburendum ſtipulam ſuam, aut ſpinam ſtruxit, bey dem Stoppel/ Queck und Dornen / isque latius fuſus alienam ſegetem, vineam, aut domum corripuit, *l.* 17. *§.* 8. *l.* 30. §. 3. *ad L. Aquil. Capoll. de Serv: Ruſt: præd* c. 44. *n.* 5. Et tandem ille, qui ad caudam canis, vel felis, non quidem animo producendi incendium, ſed joco ignem accendit, unde in vicini domo, vel agro incendium excitatum, *Proſper Farin. d. q.* 11. *cap.* 7. *num*: 77. *ibi ampl.* 12. Atque hi omnes, ſi minus idonei deprehendantur, id eſt facultatibus lapſi, & non ſolvendo, dum non habent in ære, quo damnum reſarciant, levius caſtigantur, *l.* 9. *ff. de incend. ruin. naufr*: ne egeni pœnam pecuniariam eludentes prorſus impuniti abeant, per *l.* 1. ff. *de pœn*: *l. fin*, ff. *de in jus vocand*: *l.* 4. *C. de Serv. fugitiv*: *Rittershuſ. comm. in L. XII. Tab. claſſ.* 2. c. 14.

§ VII.

Ultimo lubet quærere (1) utrum conſuetudo de projiciendo eo, in cujus ædibus primo ortum fuit incendium, non probato, utrum *dolo, culpa*, vel *fato* ſit excitatum; in ignem per ſubitam animi commotionem, ſit toleranda? dico paucis, ſuffragante *Damhauderio pr. crim*: *c.* 104. *n.* 3. *& ſeq*: quod ſic, ex eo quod iſte actus tractum deliberationis non indulgeat & difficilimum ſit, juſtum iracundiæ calorem temperare, *arg: l-* 38. *§.* 8. *v. cum ſit difficilimum ff. ad L. Iul: de adult*; *& l.* 3. *§.* 3. *ff. ad SCt. Syll.* (2.) Utrum incendiarius doloſus ultra mortis pœnam ad reſtitutionem quoque damni & rerum incendio perditarum obligetur: Et quamvis non deſint, qui id ipſum tam de jure civili, quam Saxonico affirment, per *l.* 9. *ff. de pœnis & tradita Rauchbari pr. quæſt.* 10. *n.* 16. contrarium tamen verius eſt, per *conſt. Elect.* p. 4: *conſt.* 12. & ea, quæ dicta ſunt *in Annotatis infra* § 1.

Anno-

Annotata ad Cap. V.

§ I.

Incendiarius autem ſplendida dignitate, aut honeſtate conſpicuus &c. capitis pœnam decernit, ſi vilis conditionis &c. vivi comburio deſtinat &c.) Opponatur quod hoc ſapiat ſummam iniquitatem, dum *nobilis* in eodem delicti genere mitius, *ignobilis*, ſive *plebejus* aſperius punitur. *S*ed Reſp. hoc fieri citra ullam iniquitatis, aut προσωποληψίας ſuſcipionem, dum, etſi vel maxime diverſitas hic adſit pœnarum in diverſis perſonis, ſi nude & in abſtracto ipſum illud, quod ſuſtinetur, ſpectes, eadem tamen ubique pœna occurrat ratione æſtimationis, in quam in concreto venit conſideratio hujus, vel illius perſonæ præ alia, nec ad majorem, nec minorem abſtrahatur pœnam, quin quilibet potius delinquens æquali ſuo delicto pœna mulctetur. Et hoc rectè, quando enim in pœnarum irrogatione malorum publicorum quædam eſt diſtributio, hic delictum, ejuſque pœnam ad delinquentis perſonam examinare convenit. Unde eſt, quod in eodem delicti genere jura diverſimode plectunt *ſervos & liberos l.* 10. *l.* 28. §. *fin: ff de pœn:* famoſos & integræ famæ, *d. l.* 28. *in fin: ff. de pœn.* plebejos & nobiles, *l.* 1. §. *fin: l.* 3, §. 5. *l. pen. ff. ad L. Corn: de Sicar: vid: omnino l.* 2. *C. ut intr. cert. temp. crim. quæſt. terminetur.* Nec obſtat quod *Ariſt:* expreſſe delicta ſive συναλλάγματα ἀκούσια, ut ipſe vocat, ad *commutativam juſtitiam &* conſequenter *proportionem Arithmeticam* refert: Reſp. enim diſtinguendo inter privatum ſingulorum & publicum Reip. Intereſſe, ut quoad *prius* quidem, quatenus ſcilicet civilis ratio inſtituitur, & privatum partis læſæ commodum in conſiderationem venit, delicta omnino ad *juſtitiam commutativam* pertineant, prout in furto, vel damno dato eodem modo *Nobilem & Plebejum* ad reſtitutionem rei ablatæ & damnum reſarciendum teneri expeditum eſt: Quoad *poſterius* vero quatenus crimina publice punienda ſunt, non malè ad *diſtributivam juſtitiam* referri videantur, cum hic ad dignitatem perſonarum, nonnunquam etiam meritorum reſpectum haberi ex legibus adductis negari nequeat, vide *Weſembec. in paratit: de Iuſt. & Iur. n.* 11. *ibi: Tamen Iuſtitia hæc, legis executrix ſi magiſtratus rem ad proportionem Geometricam reducit &c:* Intelligenda vero ſunt hæc omnia cum legibus allegatis de *pœnis arbitrariis*, non *præciſe uniformibus* & à lege vel ſtatuto exſertis verbis uniformiter determinatis, in quibus *proportio Arithmetica* omnino obſervanda, *Tiraquel: de pœnis Cauſ.* 31. *n.* 34. *&* 35. *Salicet in l.* 8. *num. C. ad L. Iul: de vi publ. Foller. in pract. crim. cap.* 16. *n.* 18. *Godofr. Fibing. Coll. legal. publ. ad Frantzkii Exerc. diſp.* 1. *quæſt.* 5. *Carpzov. p.* 1. *q.* 38. *n.* 23. *& ſeqq. tum p.* 2. *q.* 42. *n.* 8. Sed cum hodie ſuperiora Iura Civilia in Imperio Romano uſu ac Conſuetudine contraria, nec non criminali

Caro-

Caroli V. Conſtitutione in pœnis uniformibus jam dudum obliterata conſpiciuntur, atq; in crimine incendii uniformis definita eſt pœna *Art: 125. Conſt. cr.* ſine diſcrimine omnes incendiarii ignis pœna damnantur, *d. Conſt: crim: Carol. V. art. 125.* ibi: Die boßhafftige überwundene Brenner/ſollen mit dem Fewr vom Leben zum Tode gerichtet werden, adde *Struv: Syntagm. Iur: Univerſ: Exerc: 1. th. 32.* conf: *Conrad Friedlieb Tract: de Tempore in genere c. 5. §. 28. p. 116.*

Mordbrenner) Differunt Brenner & Mordbrenner Hi dicuntur vel ſeditioſi homines, qui necandi ſpoliandique cauſa proprio inſtinctu committunt incendia, vel ſe ad hoc conduci patiuntur lucri cauſa: Illi Simplices Incendiarii, die ohne Mordbrennen i. e. nullius ſpolii, vel alterius lucri intuitu, *Schneidw. ad §. Capite tertio Inſt. de l. Aquil. n. 5. v. de jure v. ſaxonico & ſeq.*

Urere haud cæperit) Puta quod animo nocendi materiā incendio aptā, pupas ſc: aut linteas ſtupas cum igne, pice, ſulphure, aut pulvere bombardico, vel etiam carbones, aut titiones alicubi quis depoſuerit, hæc omnia vero incenſa non fuerint multo minus aliquid damni dederint, daß einer Feur angeleget/ſolches aber nicht angangen/ oder Schaden gethan.

Vel antehac offenſi & provocati) Neque enim hos relevare poteſt offenſio anteacta, cum tantum facinus, quale incendium eſt, inter modos legitimæ defenſionis nequaquam referatur, præſertim ſi offenſio diu anteceſſerit, non enim vim ullam repellit, qui ex intervallo & deliberato animo delinquit, arg. *l. 45. ff. ad L. Aquil.* Nec officit l. Ignoſcendum ei eſſe, qui offenſus & provocatus ſe ulciſci voluit, *l. 14. §. 16. ff. de oper. libert.* Imo difficilimum eſſe, iracundiæ calorem comprimere, *l. 28. § 8. ff. ad L. Iul. de adult.* Unde colligunt plerique, hos, ſi non ab omni, attamen ab ordinaria ignis pæna liberandos eſſe, quippe adducta jura agunt ſolummodo de crimine homicidii, & in ſpecie de occiſore, qui è juſto & inconſulto calore iracundiæ peccat, non etiam de eo, qui è longo intervallo poſt offenſionem aggreſſorem occidit, qui recte ordinaria gladii pœna punitur, atque cum hoc incendiarius talis merito comparatur, quem in tanto deteſtabili facinore, præſertim poſt intervalla nullus iracundiæ calor excuſat. Etſi enim juxta vulgatam juris regulam, delictum ita commiſſum mitius punitur, *l. 2. C. de abol. l. 16. §. 2. ff. de poen.* Attamen hæc regula tum demum vera eſt, quando ira è juſta cauſa provenit, & delinquens in licitis verſatur. Veluti, ſi quis ab alio percuſſus calore iracundiæ commotus defenſionis modum excedendo quempiam occidat, hic quando in licitis defenſionis terminis verſatur, & terminum ſaltem licitæ defenſionis excedit, merito, ſi non in totum, ex parte tamen excuſatur, & ab ordinaria homicidii pœna liberatur. Sed quis non ſtatim animadvertit, Incendiarium percuſſione, vel alio quovis modo provocatum, poſthac ſe incendio ulciſcentem in re prorſus illicita verſari, nec ullam poſſe defenſionem prætendere, quare ordinaria ignis pœna jure afficitur, præſertim quando conſt: *Carol. art: 125.* generaliter loquitur, lege autem non diſtinguente, nec noſtrum eſt diſtinguere, *l. 1. §. 1. ff de legat. præſt.*

Vel prorſus nullum) Ratio, quoniam incendium eſt tale delictum, quod totius

Reip. & multorum hominum perniciem cauſatur, *Aretin. Ttract. Malef. verb. incendiario n. 2. v. Et eſt ratio Damhaud. pr. cr. cap*: 130. *n.* 5. At quando delictum attentatur in hujuſmodi perniciem, tunc etiam non conſummatum ordinariam poſcit pœnam: *Panor. in C. Cum nuper X. de his quæ fiunt à Prælat.* imo in atrociſſimis delictis, quale eſt incendium, conatus habetur pro conſummatione, *l. ſi quis non dicam C. de Epiſc. & Cler. Damhaud. pr. crim. p.* 4. *q.* 124. *c.* 103. *n.* 11. *Far. pr. crim. p.* 4. *q*: 124. *n. ult. & ſeq. per tot.*

Aut minimum damnum) Non enim qualitas damni per combuſtionem dati, ſed delicti atrocitas & incendiarii nequitia ſeveritatem pœnæ exigit, arguente textu *Ord. crim: art.* 125. in verb. Die boßhafftigen uberwundenen Brenner.

Ad quam alias de jure canonico tenentur, non civili) Quippe non obſtat (1) *l.* 9. *ff de incend. ruin: naufr*: & *l.* 28. § 12. *de poen.* loquuntur enim de igne, vel incendio culpoſo, de jure autem Canonico per *c.* 5. & 6. *X. de injur*: & *damn. dat.* à damni præſtatione liberatur reus, quia hoc jure non igne, nec morte naturali punitur, Nec (2.) Quod regulare ſit, è quovis delicto tam publico, quam privato & criminalem ad pœnam publicam, & civilem ad damni præſtationem dari actionem, ſiquidem hoc omnino falſum eſt in delictis, ubi ad mortem, vel aliam pœnam corporis afflictivam agitur, quoniam hoc in univerſo jure nullibi cautum reperitur, *Mynſ. Reſp.* 59. *n.* 56. nec hoc aſſerto ullum iniquius, aut crudelius afferri poteſt, pœnam ſcilicet corporalem & damni emendationem una ſuſtinere, *Modeſtin. Piſt. q.* 11. *n.* 5. *p.* 1. præſertim, quando hoc ipſo excederetur pœna talionis, quæ potiſſimum huic rei introducta, ut homicida ſemper id, quod fecit, expectet, nec ultra puniatur, *l.* 3. *poſt med. C. de Epiſc. audient.* Imo contra univerſalem regulam laboraretur, quæ dicit mors omnia ſolvit in *Novell.* 22. *c.* 20. *princ.*

Imo etiam ſi impediti ſint) Quippe hi quoque, ut ut incendium non conſummarint, nec quicquā incendio aptum ibidem depoſuerint, pœna ordinaria ignis afficiuntur ob id, quod non in ſimplici conatu, ſed etiam actui proximo deprehendantur, hujuſmodi autem conatus in delictis atrocioribus ordinarie puniatur, *Farin. d. q.* 124 *n.* 11. & *ſeqq.*

Aut ad damni reſtitutionem ſeſe obtulerint) Ratio, quia tranſactio aut remiſſio à parte læſa delinquenti facta vindictæ derogare nequit, l. 2. *C. Res inter alios acta.*

Ob *mandatum nemo excuſatur*) Siquidem hic gravius delinquit, dum lucri cauſa & ſpe adipiſcendæ pecuniolæ tam horrendum crimen committit, unde etiam hi à plerisque dici ſveverunt, Mordbrenner. Et ſane pecunia interveniens regulariter delictum aggravat, *Bart. in l. non ſolum* § *ſi mandato n.* 14. *ff. de injur.* confer *Richterum vol.* 2. *conſil.* 350: *num.* 15.

Sicuti nec ipſe mandans) Cum unum, idemque fere ſit delictum mandatarii & mandatis è natura correlativorum, quorum uno poſito, neceſſario quoque ponitur alterum, *l. fin: ff. de acceptilat.* nec refert an aliquis propriis manibus incendat, an ope,

vel

vel miniſterio alterius, quod enim quis per alium facit, per ſe feciſſe putandus eſt, *c.* 72. *de R. I. in 6. l. 169. ff. de R. I.* præſertim, ſi in factum, ut in hoc caſu plene conſentit & effectus ſubſequatur, quo deficiĕte, ſi ſc. Mandatarius promisſionĕ nec impleverit, nec ignem poſuerit, tam *mandans*, ſeu conductor, quàm *Mandatarius* ut locator gladio tantum plectitur, *Richter d. conſ.* 350. *n.* 16. & *Carpz: pr. crim: p.* 1. *q.* 38. *n.* 51.

Denique committendi incendii ſcientiam habuerint, opemque tulerint.) Nam etiam his pœnam ignis ordinariam dictitant ſaniores ICti, vide *Matth: Celerum deciſ:* 150. *incip. auxilium vel opem n.* 4. Quod verum arbitror, in incendio conſummato, non æque attentato: Licet enim incendiarii principales ob incendium quoque attentatum, non conſummatũ ignis ſupplicio mulctentur, ut dictum, in auxiliatoribus tamen & *conſ*ciis ſecus eſt, *qui* propter incendium ſaltem attentatum extra ordinariam tantum pœnam luunt, per communem *D*d. ſententiam, è qua auxiliatores, delicto non ſecuto ordinariæ pœnæ non ſubjiciuntur, *Hippol. de Marſil. in pr. crim.* §. *conſtanten.* 65. *ibi nam auxiliator Farin. pr. cr. p.* 4. *q.* 124. *n.* 103.

Omnes indiſcriminatim ignis ſupplicio addicit) Rationem habuit terroris publici, qui hominibus promiſcuè per excitatum incendium, incutitur, non attento damno, an magnum, an parvum eſſet. Joan à Felden Elem: Jur. p. 2. membr. 16.

§ II.

Verum etiam ab ipſo Patrefamilias &c: poſtulare poteſt) per l. pen: & fin: ff. naut: Caupon. ſtab: l. 4. §. 5. *l.* 3. *ff. de publican: l.* 30. § 3. *C. locat. l.* 1. *ff. ad L. Iul: repetund. l.* 21. §. 1. *ff. de negot: geſt:* Imputet enim ſibi Paterfamilas, quod non bonos ſervos ad miniſteriũ elegerit, nec antea exploraverit, cujus fidei ac diligentiæ esſent, *d. l* 4. §. 4. *ff. naut: caup. ſtab:* Intelligendum autem hoc eſt de actione civili ad intereſſe, non de criminali ad pœnam capitalem, utpote qua Dominus non convenitur, etiamſi ſervus aufugeret. Gloſſ. *in l:* 4. §. 2. *ff. de off: conſ: & legat.* Pro liberis hominibus prorſum non tenetur *Bald. in l.* 7. *C. locati.*

§ III.

Si ſua diligentia non prohibuerit delictum) Quippe regulariter Dominus tenetur pro incendio culpa famuli exorto, *Farin: de Variis ac diverſ: crim: q.* 110. *n.* 3. ſed tum demum, quando conſtat, Dominum eſſe in culpa levi, aut ſaltem levisſima commitendo, ex eaque præcedente Domini culpa famulus incendio cauſam dedit, quam alias non dedisſet, *Farin: d. q.* 110. *n.* 121. *Richter vol.* 1. *p.* 1. *conſ.* 33. *n.* 16. *Coſtal: ad l.* 1. *ff. de offic: præfect: vigil: p. m.* 60. & *ad l.* 77. *ff: ad L: Aquil p. m.* 233. vel ſi de familiæ diligentia admonitus monitum non obſervavit, *l.* 11 *ff. de peric: & comm: rei vend: Struv: Syntagm. Iurispr: Exerc:* 23. §. 96. Sed quæritur, utrum propter incendium negligentia miniſtrorum in hortis, vel domibus feudalibus ſubortum Vaſallus feudo privari queat? Videbatur prima fronte dicendum quod ſic, quoniam Vaſallus rem feudalem inſigniter deteriorans feudo privatur,

Curt: de Feud p. 4. *n*, 44. Sed contrarium verius eſt ob id, quod nunquam privetur, niſi doloſe rem domini deterioret *Cacheran. dec:* 19. quod præſumendum non eſt, *Weſembec. conſ.* 57, *num. fin.*

Quo alii uti ſueverunt) Qui autem facit, quod alii facere ſolent, non dicuntur eſſe in culpa, & conſuetudo excuſat à culpa, *l.* 3. *ff. ad SCt Macedon. l. quis ſit fugitivus* § *apud Labeonem ff. de ſerv. fugit:*

Dominus eo nomine non tenetur) Ratio, quia miniſter extra officium ſibi deputatum deliquit, *l.* 1. §. 5. *ff de peric: & comm. rei vend. l.* 27. §. 9. *ff. ad L. Aquil. l. fin.* §. *ult: naut. caup: ſtab:*

Venditores) Per *l.* 35. § 4. *ff. de contrah: empt:* § *cum a. Inſt. de empt. & vend. l. pen: ff. de peric. & com. rei vend:* Ratio eſt, quia in hoc contractu utriuſque contrahentis utilitas verſatur, talis autem contractus non niſi dolum, latam & levem culpam vindicat *l.* 31. *ff. locat: l.* 5. *ff. commod:*

Socii) Per *l.* 23 *l.* 25 *cum ſeqq. tum l.* 52 § 3. *l*, 72. *ff. pro ſocio l.* 5. *ff commod.* Nec obſtat I. *l.* 21 *C. Mandati* illa enim loquitur de rebus nobis omnino propriis, at res communis cum ſocio non eſt tota noſtra: nec etiam in rebus noſtris ſemper omnis culpa eſt excuſata, quandoque enim & hæc reprehenditur, *l.* 24 § 5. *ff. ſolut. matr.* Nec II. Quod quilibet præſumatur non ignarus conditionis illius, cum quo contrahit, *l*, 19 *ff. de R. I.* Reſp. enim hoc non attento nihilominus negligentiam ſocii in re communi coerceri.

Creditores in pignore) Per *l.* 5. *Comm. l*, 9 § *eſt præterea ff. de Reb: aut: Iud poſſ: l.* 13. § *fin. ff. de pign. act. l.* 19. *ff de pign.*
Nec obſtat I.

Quod pignus Creditoris cauſa tantum detur, ut ſcilicet ipſius ſecurati conſulatur, ex quo dicendum videtur, illum etiam de leviſſima culpa teneri: Reſp. enim negando, pignus dari ad ſolius creditoris utilitatem, datur enim ad utriuſque commodum, ut diſerte ſcribit *Imp. in* § *fin. Inſt: quib. mod. re contr. oblig.*

Tutores) Quippe utilitas pupillorum contra *l.* 5. § 2. *Commod.* majorem diligentiam requirit, quam quis rebus propriis vulgariter præſtat, obligatur itaque tutor omnino ad culpam levem, *l.* 18. *de pupill. & rat. diſtr. l.* 7. *l.* 4. *C. arb. tut. l.* 10. *l.* 33. *de admin. tut. l.* 10. *C. eod.* non vero leviſſimam, ſiquidem talis ſaltem diligentia à tutore exigitur, qualem paterfam. rebus ſuis ex bona fide præbere ſolet, l. 33. *pr. ff. de admin. tut. l.* 1 *pr. ff. de tut. & rat:* ea autem nunquam ad exactiſſimam diligentiam refertur. Nec obeſt: I. *Favor* pupillorum poſtulat leviſſimam culpam præſtari Reſp: enim ob hunc favorem non eſſe prægravandum tutorem, ne ipſi officium ſit damnoſum.

Nec II.

Quicunque cum eo confertur, qui aliena negotia gerit, hic merito præſtat leviſſimam culpam § 1. *Inſt. de obl. quæ quaſi è contract.*

Atqui tutor confertur cum eo, qui aliena negotia gerit l. 53. §. 3. *ff. de furt. E.*

Reſp. enim ad Minorem, eam non ſimpliciter veram eſſe, ſed eo tantum in caſu, quo ſe obtulit tutor, vel adminiſtrationi ſolus immiſcuit diligentiam profeſſus, ut verba initialia ſatis oſtendunt, *hunc* igitur inſtar mandatarii de omni culpa teneri mirum non eſt, ſicuti, qui ſe obtulit depoſito, præter dolum & culpam & cuſtodiam præſtare cogitur, *l.* 1: §. 35 *ff. depoſ.*

Nec III. *l.* 3. *C. de peric: tutor.* Ubi ſaltem caſus fortuiti Tutoribus non imputantur; E: præter hos omnem omnino præſtant culpam, Reſp. enim male ſic inferri, ſiquidem in d. l. *Impp.* ut conſulti de *ſolo caſu fortuito* ita ſolum de hoc *reſpon*derunt.

Negotiorum geſtores) Per *l.* 11. ff. *de negot. geſt.* ubi ſimpliciter *culpa* nominatur; quotiens autem *culpa* ſimpliciter ponitur, *levem* duntaxat ſignificat, *l.* 1. § 3. *depoſiti* l. 5: §. 3. *de in lit. jur.* tum *l.* 6. ff. & *l.* 20. *C: eod. juncta* l. 7. *C. arbitr. tutel.* Nec obſtant Rationes *Vulteji, Cujacii & Donelli.* I. Quod Mandatarius etiam *de leviſſima culpa* teneatur, *l.* 21. *C. Mand.* E. multo magis Negotiorum geſtor, quia uterque ſe offerat ad aliena Negotia: Reſp. enim negando conſequentiam, quippe, licet in multis conveniant Mandatarius & Negotiorum geſtor, in multis tamen viciſſim differunt, & omnino facit diverſitatem pro negotiorum geſtore tum ſumma benevolentia, qua *acceſſit* ad negotia abſentis, tum neceſſitas, qua hæc alias indefenſa relinquerentur, quod utrumque non eſt in mandatario, qui plerumque precibus adductus aliena ſuſcipit negotia, & quo abſtinente, ſive recuſante ad alium, cui rerum ſuarum curam committeret mandans, ire potuiſſet: Quocirca æquum eſt, ut cum illo magis, quã hoc mitius agatur. Quod ſi forte alius fuerit, qui melius, niſi à *præ*ſente geſtore anticipatus eſſet, adminiſtraturus fuiſſet, tum, quia metus hic eodem modo, ut in caſu mandati, derelinquendorum negotiorum ceſſat, gravius quoque geſtor hoc in caſu obligabitur, *l.* 6 § *fin. de negot. geſt.* quod ſi enim quis obtrutendo ſe offerat, vel nulla ſit abſentis utilitas, quam geſtor ſpectet, ut in caſu *d. l.* 6: §. 3. aut ratio negotiorum geſtionem plane diſuadeat, ut in *l.* 11. *eod.* tum non ad culpam quoque leviſſimam, ſed caſum inſuper fortuitum tenet*ur*, *d. l.* 11, Deinde qui mandat alteri nego*ti*a ſua, ejus fidem omnino ſequitur, eandemque Mandatarius promittere, & ad eam ſe ſpecifice obligare videtur, unde non mirum, quod ad exactiſſimam diligent*i*am obſtringatur; Sed hæc omnia ſecus ſunt in negotiorũ geſtore. Nec II. §. 1. *inſt: de oblig. quæ ex quaſi Contractu*, R*eſp*: enim ipſum § ſatis evincere: non ſimpliciter teneri geſtorem ad exactiſſimam diligentiam, ſed hoc ſaltem caſu, ſi alius diligentior commodius adminiſtraturus eſſet negotia, & niſi verba ia accipiamus, non video, cur non etiam de negotiis non geſtis omnis indiſtincte geſtor teneatur contra *l.* 20. *C. de negot. geſt.* *l.* 39 § *qui ſe de Adm: tutor.* ſiquidem & is culpa le-

viſſima carere non videtur, qui contra voluntatem domini, vel morem alicujus diligentioris ea neglexit. Nec III, *l.* 25: § 16. *famil: herciſc.* Reſp. enim in hoc §. memorata diligentia qualem diligens Paterfamilias adbibet, non reſpicit culpam levisſimam, adeoque coheres non opponitur geſtori ratione diverſarum ſpecierum *culpæ levis* & *levisſimæ* quaſi ille ob levem, hic ob levisſimam teneatur, ſed ratione ſolius culpæ *lev*is inſtituitur oppoſitio, quod ſcilicet hæc in Coherede, ut alias in adminiſtratore rerum communium conſideretur in concreto, & ſufficiat pro ea vitanda, ipſi quis ad proprium modum, etſi forte negligens ſit in re communi, diſigens ſit, in negotiorum verò geſtione in abſtracto, ut non ſufficiat, ſi quis ad proprium modum diligens ſit, ſed neceſſe ſit, ut inſtar diligentis Patrisfamilias in genere conſiderati adminiſtret. Et hanc eſſe ICti ſententiam arguunt verba finalia d. §.

Non æque precario poſsidens) Nec obſt: I. *De ſimilibus idem ferendum eſt judicium. Atqui commodatum & precarium ſunt ſimilia* E. Reſp. enim negando *Minorem*, differt enim omnino commodatum & precarium, hoc non ad uſum certũ conceditur, revocari enim poteſt quandocunque voluerit, qui concesſit, *l.* 1 *pr. l.* 15. *ff. de prec.* illud vero ad uſum certum conceditur & non niſi hoc impleto revocatur, *l.* 17. §. 3. *commodat.* 2. hoc tribuit posſesſionem, *l.* 4. §. 1. *l.* 15 *l. fin:* § 1 *ff. de precar.* illud nequaquam, ſed is, qui rem utendam dedit, retinet poſſesſionem, *l.* 8. *ff. commod. l.* 9. *ff. de R. V.* Nec II. *Quæcunque inter ſe conveniunt, illa in omnibus inter ſe conveniunt; Atqui precarium & depoſitum, quod ſolius depoſitarii cauſa deponitur, inter ſe conveniunt, ſc. in eo, quod utrumq; liberè revocari posſit quovis tempore* E. *in omnibus inter ſe conveniunt, & quidem in eo quoque, quod in utroque negotio culpa lata, levis & levisſima præſtetur, ſicuti in tali depoſito, l.* 4. *ff* De R. C. Reſp. enim negando conſequentiam: ſeparata enim eſt ratio depoſiti & precarii etſi in paucis conveniant. Nec III *Quod Mandatum & Precarium in quibusdam conveniant, atque in illo levisſima culpa præſtetur E. etiam in hoc.* Negatur enim conſequentia propter vulgatam regulam à particulari ad univerſale non valet conſequentia, deinde etiam in mandato eſt ſpecialis ratio, nempe electa perſonæ induſtria.

Aut Depoſitarius) Ratio, quoniam hic tantum de dolo & lata culpa tenetur, non etiam levi, *l.* 5. *commod. l.* 5. §. *ult. ff. depoſiti l.* 1. *C. eod. l.* 1. *ff. de O & A. l.* 32. *ff. deſpoſ.* § *præterea quib: mod: re contrah: oblig:* licet hunc de dolo tantum teneri prorſum contra principia juris in *l.* 5. §. 2. *ff. Comm.* & clarius in *l.* 32. *ff. depoſiti tum l.* 1. *C. eod.* aſſerere non erubeſcat Pomereſchius Tyro in illis quas ſibi adſcribit *Inſt. Imp: Notis* §. 3. *Quib. mod: re contr. oblig.* ubi plures commiſit errores.

Omninò tenetur) Ratio, quia depoſitarius qua culpam in concreto conſideratus; ſive ſit diligentisſimus, ſive negligentisſimus ſemper in culpa lata eſt, ſi minorem alienis, quàm ſuis rebus diligentiam adhibuit, vid: *l.* 32. *ff depoſ:* hoc eſt, etſi quis ea ignoret, quæ omnes homines communiter ſciunt & ita ſumme negligens ſit, modo eodem modo res alienas ut ſuas tractet, fraude & culpa caret, ſi non

non tractet, in culpa lata quæ dolo proxima eſt conſiſtit, & hanc omnino præſtare cogitur.

§ V.

Sive culpa hæc leviſſima in faciendo, ſive omittendo admiſſa. Nec obſtat, quod aliàs in L. Aquilia culpa leviſſima per omisſionem admiſſa non vindicetur, *l.* 28. *§.* 12. *ff. de pœnis* ſiquidem lex incendiaria diverſa eſt à *L.* Aquilia *l.* 7. *§.* 17. ff. *de pact.* Deinde ſi in lege incendiaria quis ad damni emendationem è leviſſima culpa eo ſaltem caſu teneretur, ubi culpa leviſſima conſiſtit in *faciendo*, non item ubi fuit in *omittendo*, ſequeretur, quod inter malæ fidei poſſeſſorem, commodatarium & alios, qui de culpâ leviſſima tenenrur, & inter conductorem, aliosque culpam levem præſtantes nulla ſit differentia, quoniam, ut ſupra dictum, conductor, cæterique etiam è leviſſima culpa ad damni incendio illati reparationem actione L. Aquil. tenentur, ſi leviſſima culpa in faciendo conſiſtat.

Et hanc incendii pœnam luunt omnes culpâ leviſſimam præſtantes, Commodatarius ſc.) Hic recte dicitur culpam leviſſimam præſtate per *l.* 5. §. 25. ff. *Commod.* *l.* 1. §. 4. ff. *De O & A.* *l.* 3. ff. *de peric: & com. rei vend.* Ratio eſt, quia commodatum ut plurimum ſolùm continet utilitatem accipientis. Nec obſtat I. *l.* 5. §. 5. ff. *commod:* ubi tantum diligens cuſtodia requiritur: Reſp. enim, poſitivum ibi pro ſuperlativo poni adeòq; ſub vocabulo diligens diligentisſimam intelligi cuſtodiam, ut ſatis arguit *l.* 25. §. 16. ff. *famil. Erciſc.* Ubi dicitur, quod non tantùm dolum, ſed & culpam in re hereditaria præſtare debeat cohæres & mox additur, non tamen diligentiam, qualem diligens Paterfamilias, ubi ſimiliter diligens prò diligentisſimus accipi debet, quod ſatis ipſe contextus evincit. Nec II. §. 2. *verſ: exactam diligentiam.* Reſp: enim, & ibi poſitivum poni pro ſuperlativo, *ſicuti* etiam in *l.* 21. *C. mandat.* & *l.* 1. *ff. de O. & A.* prout reciprocè ſuperlativus pro poſitivo adhibetur in l. *ſi merces* 25. *ff mand.* Nec III. *l.* 13. § *ult. ff. de pignor. act.* Reſp: enim, miſſa *Cujacii* & *Boceri* conciliatione, qui ibi ſic commodatum cum pignore comparari judicant, quod è pignoris contractu non ſolum dolus & culpa, id eſt *levis culpa*, ſed & cuſtodia, quæ culpæ leviſſimæ communiter opponitur, *l.* 5. *ff. commodati* præſtetur, in caſu, quando ſolius Creditoris gratia pignus datum ſit, tanquam apertas legum contradictiones involvente, rectius tam *d. l.* 13. quam *l.* 19. *C. de pignor.* in verbo: cuſtodiam non pro exactiſſima, ſed exacta tantum diligentia intelligendas eſſe; quaſi dicerent *Impp.* creditor dicitur præſtare culpam non tantum in omittendo, ſed eriam in committendo, ſeu faciendo, ſeu, ut clarius loquar, non ſaltē in pignore non debet eſſe negligens, verum etiam oportet, ut ſit diligens, quorum poſterius cuſtodiæ verbo exprimitur. Præſertim autem in *l.* 13. verba: *ut in Commodato* non hoc arguunt, quaſi utrobiq; exæquari debent gradus culpæ, & par in utroque præſtari debeat culpa, ſicuti leviſ-

ſima

ſima incommodato; ita etiam in pignore, nequaquam, hoc enim ſtatim refellit *lex* ſubſequens 14. ubi ea tantum exiguntur à Creditore, quæ diligens paterfamilias præſtare ſolet, alias enim ſi de leviſſima teneretur, diligentiſsimus dici debuiſſet, Nec IV. In Precario non levis, nedum leviſsima culpa præſtatur. E, nec in commodato, quæ comparantur. Reſp. enim multum differre commodatum à Precario & rationem differentiæ hanc potiſsimam eſſe, quod precarium è mera liberalitate dependeat, & pro lubitu revocari poſsit, *l.* 1. *l.* 8. *ff. de precar.*

Mandatarius) Per *l.* 13. *C. Mandati* ubi dicitur & *omnem culpam*, qui vero dicit omne nihil excludit. Nec obſt. I. *l.* 10. *pr.* ff. *Mandati* ubi tantum mentio injicitur bonæ fidei, quæ quando dolo, ſive perfidiæ opponitur, concludendum venit, ſolum dolum in mandato præſtari. Verum respondetur, quod hic bona fides latius ſe extendat, nempe ad omnia ea, quæ in ipſis præſtanda ſunt ſecundum naturam contractus, atque ideò ad levem quoque & levisſimam culpam, nihil enim hic neglectum & declinatum culpa vacat, ut ait *Conſtantinus in l.* 21. *C. Mandati.* Nec II. *l.* 8. §. *ult.* ff. *Mandati* ubi tantum de dolo & lata culpa dicitur, deinde etiam de Culpa ſimpliciter, quæ propterea eſt *levis culpa.* Reſp. verum quidem hoc eſſe plerumque, ſed tamen interdum pro ſubjecta materia culpam quoque comprehendere *leviſſimam.* Nec III. *l.* 29. *pr.* & §. 4. ff. *Mand.* Reſp. enim illud hic ideò fieri, quia negotium tale eſt, quod non requirit ſingularem induſtriam, quæ alias exigitur in Mandato, *l.* 21. *C. eod.* quippe inter mandantem debitorem principalem, pro quo quis fidejusſit, & mandatarium, eumque fidejuſſorem, non hoc actum videtur, ut hic etiam exactam diligentiam adhiberet, ſed ſatis eſſe viſum fuit, ſi dolo & diſſoluta negligentia careret, Nec IV. *l.* 4. *C. Mand.* ubi viciſſim ſolius culpæ ſimpliciter mentio injicitur, adeoque è diſſentientium opinione ſola levis culpa memoratur. Reſp, enim regulariter quidè culpam ſimpliciter poſitam tantum levem denotare, veruntamen aliquando etiam levisſimam ſubaudiendam, ſi ſvadet ſubjecta materia. Nec V. quod in ſolius Mandantis gratiam hic contractus ineatur, *l.* 2. *Mandati* E. juxta *Reg.* 5. *ff. Comm.* tantum dolus præſtetur. Reſp. enim, ut plurimum quidem illa regula valet, ſed tamen interdum fallit, ſic Depoſitum ſolius Deponentis gratia contrahitur & tamen interdum præter dolum aliquid amplius, nempe lata culpa præſtatur. Sic negotiorum geſtio reſpicit meram Domini negotiorum utilitatem & tamen in ea non tantùm dolus & lata culpa, ſed etiam levis & levisſima præſtatur, §. 1. *Inſt. de oblig. quæ ex contr.* Nec IV. Quod nemini ſuum officium debeat eſſe damnoſum, Reſp. quod ſponte ſuſcepit ſecundum naturam contractus, hoc ei non eſt damnoſum, cum volenti non fiat injuria, *l.* 146. *de R. I.*

Prædones, & malæ fidei poſſeſſores) Ratio, quia hi ſemper in culpa eſſe dicuntur, *Phil. Andr. Oldenburger in Itin. Iurid. tit.* 2. *p. m.* 116.

Item cui à Domino habitatio gratis conceſſa) Quod verum eſt, ſi Dominus alicui ad certum tempus domum gratis habitandam conceſſerit, ita ut inhabitantem

ante:

ante illud tempus expellere nequeat; Secus ſe res habet, ſi ſimpliciter habitationem conceſſerit, & quandocunque ei placuerit, pœnitere, atque inhabitantem ejicere poſſit, quippe tunc hujuſmodi conceſſio induit naturam precarii & inhabitans de incendio leviſſima culpa excitato non tenetur, *Berlich pr. concl. p. 4. concluſ. 25. n. 43.*

Et qui mercedem pro cuſtodia rei accepit) *Per l.* 40: *ff. locati* confer *Farin. p. 3. pr. crim q. 110. n. 29. & Franciſc. Man. decis 521. n. 7. verſ. niſi in locato p. 2.*

Non etiam Conductores) Per regulam datam in allegata *l. 5. Comm. & § fin. Inſt. de oblig. quæ re contrah. tum l. 23. de R. I.* ubicunque utriuſque contrahentis utilitas verſatur: ibi tantum dolus, lata & levis culpa præſtatur. Nec obſtat I. *l.* 25 *§. 7. ff. locati.* Reſp. enim, miſſa aliorum reſolutione dicentium, hic agi de rebus frangibilibus, in quibus exactiſſima exigatur diligentia, miſſa etiam *Boceri* reſponſione, § 7. *hujus legis* de *levi*, non de *leviſſima culpa* intelligentis atque hic ſuperlativum diligentiſſimus pro poſitivo diligens interpretantis, perinde ut interdum poſitivus ponitur pro ſuperlativo in *l.* 25. §. 16. *ff. famil. Erciſcund. l. 5. §. 5. ff. Commod. l. in re mandata C. mandat hunc* § agere de ſpeciali caſu, quo conductor ſe contractui obtulit, ſuamque peritiam & artificium profeſſus eſt, qui arctius & in plus obligatur, adeoque & jam de culpa leviſſima tenetur, vide *Ioh. Fab. in* § *ult. Inſt. de locat. Conduct.* licet tamen hoc in quovis operam qs. offerente non ſit perpetuum, per *l. 3. §. 1. Naut. Caup. Stabul.* Nec II. §. *fin. inſt. de locat.* Reſp. enim, ſpreta *Gloſſæ, Porcii & Fabri* conciliatione, § hunc de iis rebus intelligendum eſſe, quæ natura ſua exactiſſimam deſiderant diligentiam, adeoque hic, ut in *l.* 25. § 7. ſuperlativum accipiendum eſſe pro poſitivo, ita, ut verbum explicandum ſit ſecundum ſubjectam materiam & naturam contractus, & ſignificetur talis diligentia, qualem quiſque diligens Paterfamilias rebus ſuis adhibere ſolet. Nec III. *l.* 28. *C. locati* ibi enim ſub vocabulo cuſtodiæ è natura contractus ſolum venit culpa levis. Nec IV.

Quæcunq; culpa in mandato præſtatur, quod eſt ſine mercede, illa multo magis in locatione præſtanda eſt, in qua intervenit merces.

Atqui in mandato venit culpa leviſſima. E. multo magis in locatione.

Reſp. enim *ad Majorem* negando conſequentiam, ſiquidem hic non tam merces, quæ intervenit in contractu, quàm quod actum eſt conſideratur, in mandato ſemper præſumitur, & videtur promiſſa induſtria & peritia, in locato non ſemper, & quando in locato promittitur, tunc idem in eo quod in mandato obtinet *l.* 25. § 7. *ff. locat.* Nec V. *l. 60.* § 2. *ff. locati* ubi res furto ablata eſt periculo conductoris, *l.* 27: § *fin. l.* 55. § *fin. ff eod. l* 28. *C. eod.* ubi ſolum caſus fortuitus excipitur, Reſp. Unius incluſio non eſt alterius excluſio, tum quoque argumentum à contrario ſenſu in *Cod.* non admittitur, quia leges Codicis ſunt tantum conſcriptæ in caſibus, de quibus *Impp.* fuerunt interrogati.

§ VI.

Adeoque omni reſpectu prorſum eſt pœna expers,) quia non poteſt certa proferri ſententia condemnatoria, ſi de certa perſona condemnanda non appareat, ut hic, *d. l. 11. ff. de incend. ruin. naufr. l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. Gail. 2: obſ. 22. num. 3.*

Caput VI.

De
REITERATI IGNIS NOCENTIS POENA, *EJUSQUE* OB DIVERSAS CAUSAS MITIGATIONE ET CESSATIONE.

§ I.

POſteaquam hactenus pœnas Ignis *doloſi*, pariter ac *culpoſi* tribuendas evolvimus, nec non *fatalis* impunitatem agnovimus, poſt hæc adjicere non diſconducet, quæ ſit reiterari incendii pœna & quibus in caſibus ordinariam mitigare conveniat. A primo ut ordiar, communis quidem eſt *Dd.* opinio reiterationem delicti aſperiorem regulariter exigere pœnam, ut tradunt, *Salicet in l. ſerros C. ad leg. Iul. de vi publ. Farin. in prax. crim: lib. 1. tit, 3. q. 23. n. 1. Gometz. de delict. cap. 3. n. 60. Iul. Clar. in pract. § fin. q. 21. verſ. fama ſola* præſertim quando Iudici juſta de cauſa pœnas aſperare fas eſt, per *l. ſi ſeverior ubi Gloſſ. & Dd. C. ex quib: cauſ. infam. irrog.* unde etiam huc in aſſerti opem plerique trahunt, *Artic: 130 conſtit. crim. Carol V. in fin.* ubi hominis veneno extincti Reus & Latro aſperiori pœna affici leguntur his verbis: Doch zu mehrer Furcht anderen/ſollen ſolche boßhafftige mißthätige Perſohnen vor der endlichen Tods Straff geſchleiffet/oder etliche Griff in ihren Leib mit glühenden Zangen gegeben werden/viel oder wenig/nach Ermeſſigung der Perſohn und Tödtung / wie vom Mord deshalb geſetzt iſt. Verum, quando ſola reiteratio criminis pœnam aggravare non poteſt, niſi aliorum graviſſimorum criminum ſimultaneus accedat concurſus, adeoque multiplicatio cauſarum pœnas augentium, *Carpz. prax. crim. p. 1. q. 38. num. 72. & 78. Iohan. à Felden Elemtor. Iur. p. 2. membr. 16. p: 1. Art. 1.* neque etiam odioſa, utpote quorum ſtricta ubique eſt interpretatio, *cap. odia 15. de R. I. in 6.*

ſe

ſe ad caſus non expreſſos, qualis hic eſt incendii, unquam extendi patiuntur, *c.* 22. *de elect in 6to Menoch. de praſumpt. lib.* 6. *praſ.* 4. *n.* 33. humanior hac in parte, jurique conformior eſt ſententia, ob repetitum hoc crimen non aſperiori, quam ignis ſupplicio ignis nocentis Reos multandos, nequaquam vero, ut plerique arbitrantur, ante pœnæ ordinariæ executionem traha ad ſupplicii locum trahendos, aut forcipibus candentibus lacerandos eſſe, imprimis, quando nullibi quicquam de exaſperatione hujus ſupplicii expreſſe conſtitutum legitur, ſine lege autem loqui erubeſcimus, vid. c. 18. *in fin. X. de ſent. Excom. Hartm. Piſtor. q.* 100. *&* *q.* 13. *n.* 35. *lib.* 2. neque in aliis delictis, puta in Adulterio, furto &c. ob reiterationem pœna aſperatur, vid, *Nicol. Reuſner deciſ.* 20. *n.* 13. Quamvis tamen hos lento igne abſumendos, vel etiam fumo, priuſquam crementer, enecandos eſſe non abnuam, daß ſie geſchmauchet werden / eamque pœnam huic iterato delicto non difformem cenſeam.

§ II.

Alterum quod ſpectat, Ordinaria Ignis pœna præter caſus incendii culpoſi, ubi plane officium ſuum perdit, ſupra *c.* 4. §. 2. 3. 4. *&* 5. continuo ceſſat, I. Si Reus ante conſummatum crimen pœniteat materiam hactenus igni concipiẽdo aptam, eamq; Vicini prædiis ſubjectam, vel alicubi depoſitam auferendo, priuſquam incendatur, *Coler. p.* 1. *deciſ.* 186. vel in ipſo actu delicti, excitato jam incendio vere pœnitendo, dico vere, ut evitetur quævis incendiariorum fallacia palpum ſæpiſſime hominibus obtrudentium, & ſub dolo pœnitentiam ſimulantium: Circumſpectus itaque hic omnino ſit judex & prætenſam, ſimulatamq; incendiarii pœnitentiam ex omnibus circumſtantiis probè examinet, quam ſi ſeriam ex ante actis deprehendit, puta, ſi incendiarius ad avertendum majus detrimentum, poſteaquam prædia ignem jam conceperunt, homines ad exſtinguendas flammas ſive de nocte, ſive interdiu convocaverit, tum demum ad mitiorem gladii pœnam, ſepoſita ſeveriori ignis, accedat, confer *Carpzov. dict: loc. quæſt.* 39. *num.* 5. II. Si ab incendii Reo cauſa aliqua affeatur, quæ dolum & deliberatum, perverſumque animum excludat, ex adverſo ſimplicitatem arguat, qua accurate inveſtigata, pleneque cognita, dum ignis ſupplicium deliberatum imprimis efflagitat animum per *Conſt. Carol. Artic.* 125. rectè ordinaria ignis pœna in mitiorem gladii convertitur, adde *Carpz. dict. loc. n.* 9. III. Si Reus Incendii adhuc in minorennitate ſit conſtitutus & quidẽ paucos ſaltẽ annos poſt inchoatam pubertatem exceſſerit veluti ſi anno XVI. vel XVII. nondum completo hoc delictum commiſerit. Etſi enim in delictis ætatis ſuffragio minores regulariter non juvantur, *l.* 1. *C. ſi adverſ. delict. l.* 1. *l.* 9. §. 2. *ibi: & placebit in delictis minoribus non ſubveniri ff. de minor. Conrad. Friedlieb de Tempore cap.* 5. §. 7. *p.* 113. pœnæ tamen mitigatio ob naturæ infirmitatem iis deneganda non eſt, & quidem hic Ignis in gladii pœnam converſio, vide *l. impunitas verſ. mitius tamen C. de pœn. Farin. d. l. p.* 3. *q.* 92. *num.* 4, *Gometz: tom.* 3. *var: reſol:* 1. *num:* 62, *Bertazol. conſult.*

conſult: deciſiv. Crim: 143. *n.* 14. quæ tamen potisſimum Iudicis arbitrio committenda, ſicuti etiam Collegiorum Iuridicorum & Scabinatuum Adſeſſores reſcribere ſolent: Man wolte dann in Anſehung ſeiner / oder ihrer Jugend / die verdiente Todes-Straff lindern/ auff den fall würde er/ oder ſie mit dem Schwerd gerichtet, V. R. W. &c. adde *Carpz. d. loc: quæſt.* 39. *n.* 21. IV Si obſtet temporis *vicennalis*, utpote qua omnia extingvuntur delicta, niſi alia lege, conſuetudine, aut ſtatuto definita ſit, l. 3. ff. *de requirend: reis ſive* procedatur per modum accuſationis, ſive inquiſitionis, *l. 6. § ſi quis de mun: & honor:* Friedlieb de Temp. *in genere cap.* 1. *& ult.* vel etiam *tricennalis* præſcriptio, quæ civilem actionem perimit, ut ut Reus hanc non objecerit, ſed illa ex actis ſaltem appareat, *l. 3. C. de præſcr:* 30. vel 40 *annorum Vult. Com. Inſt: tit. de perpet. & temp: act. n.* 11. *Minſing. cent.* 3. *obſ.* 28.

Annotata ad Caput VI.

§. I.

§. 1. *Nequaquam verò &c: ante pœnæ ordinariæ executionem traha ad ſupplicii locum trahendos*) In pœnalibus enim ſemper mitior ſententia arripienda juxta vulgatam Regulam juris in *l. 4. §. 1. l. 32. l 42. ff. de pœn.. l.* 155. *ff. de R. I.* adde *Friedlieb. Tract. de ambiguo c. 6.* §. 3. & permanente cauſa pœnæ ſemper una, eademque, una etiam ſemper manet pœna, At cauſa pœnæ in incendio cum ſit territio multitudinis hominum indefinitæ, multiplicatio incendii non multiplicat cauſſam pœnæ, nec proinde ipſam pœnam, cum in uno loco, unave, ut dicitur, vice tantum terrentur homines, quantum alio in loco, alterave vice & quidem ferè uniformiter, itaque in exaſperanda pœna numerari nequeunt incendia, ſiquidem in una fortasſis civitate tot & in tantum terrentur homines quot & in quantum in quinquaginta pagis, confer. *Ioh. à Felden Elem. Iur. p. 2. M. 16. p. 1. Art:* 1.

Neque in aliis delictis, puta in Adulterio, furto, &c. ob reiterationem pœna aſperatur) Sed quæ eſt ratio? Dico paucis cum *Ioanne à Felden* ſemper inſpiciendam eſſe cauſam legislatorem ad dictandam in criminalibus pœnam impellentem, quæ ſtatim indicat pœnam vel augendam eſſe, vel minuendam: Quod igitur hic attinet *adulterium*, obſervandum omnino, in hoc puniendo haberi reſpectum intemperantiæ magis, quàm læſionis: quippe qui eo intemperantiæ procesſit, ut ſemel committat adulterium, ſatis vitioſus eſt, & quidem adeo usque, ut nullam præterlabi patiatur occaſionem, quo minus peccet. Quare in hoc ex accidenti & caſu contingit, quod ſæpius, vel ſemel delinquat, cauſſa pœnæ eadem ſemper ſubſiſtente. In *furto* conſtituta eſt pœna laquei, ſi rerum ablatarum æſtimatio exceſſerit decem thaleros, atque hæc pœna perpetua eſt, quantacumque etiam obvenerit ſumma; Unde ſive quis uno furto XX. Joachimi-

achimicos, abſtulerit, ſive duobus, aut tribus, laquei plena plectitur, quoniam cauſa poenæ una permanet, exceſſus ſc. X. Joachimicorum, quantuscunque etiam ille ſit. *Elem. Iur. p. 2. membr. 16: Art. 1.* è contra in latrocinio cum multæ occurrant cauſæ, homicidium, rapina & vis publica, multiplicandæ etiam atque exaſperandæ ſunt poenæ è mente ac ſententia LLatorum; confer omninò *Feldén. dict. loc.*

§. II.

I. Si Reum ante conſummatum crimen pœniteat) Quamvis enim delicto perfecto poenitentiæ locus non ſit, neque ea poſt crimen conſummatum ab omni poenâ excuſet, attamen poena ordinaria ob hanc pœnitentiam, etiamſi ſeram, bene mitigari poteſt.

II. Si ab incendii Rèo cauſa aliqua afferatur, quæ dolum &c. excludat) Nam quælibet cauſa, etiam injuſta & beſtialis delinquentem à dolo & malitia excuſare poteſt, maximè quoad pœnam mitigandam, *l. 12 §. 3 ff. de lib. cauſ: l. 47. §. 7. ff. de furt:* quæ tamen judicis accurato examini committenda eſt, utrum talis ſit, ut Reum à malitia excuſare & ab incendii pœna ordinariâ eximere valeat. *Carpzov. cit. loc. q. 39 n. 11. Richter p. 5. Conſ. 6. n. 19?.*

Pœnæ tamen mitigatio ob naturæ infirmitatem iis denegenda non eſt) Per *l. 16. §. 3.* ibi *in ejus rei conſideratione ætatis quoque ratio habeatur ff. de pœn. & l. 105.* ibi *ferè in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. ff. de R. I.* Intellige ob judicium rationis in iis adhuc magis debile, quam crebris vitioſis actionibus corruptum. Felden d. A. 1.

Utpote quæ omnia extingvuntur delicta) Non tantum quoad actionem, inquiſitionem, perſecutionem & mitigationem, verùm etiam abſolutionem, ita ut ipſa poena tollatur & judiciis officium excludatur, *l. 25. ff. de pœn.* ibi: *ſi diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna ejus ſublevanda erit &c.* & *l. 12.* ibi. *Querela falſi temporalibus præſcriptionibus non excluditur niſi XX. annorum exceptione, ſicut cætera quoque fere crimina ad l. Corn. de falſ. conf l. 131. ff. de V. S. ibiq. Goedd. l. querelam ibi Bart & Bald. C. ad l. Corn. de falſ. l ſi non convitii ibiq. iidem Dd. una & Salic. C de injur: Clar. lib. 5 recept. ſent. §. fin. quæſt. 51. n. 1. 2. 3. & ſeqq. Balb. de præſer. p. 4. pr. q. 1. n. 3. Mynſ. 5. obſ. 7. Bachov. §. ult. de Injur. Friderich proceſſ. p. 171 Richt. part. 1 Deciſ. 27. n. 43.* Atque hæc præſcriptio viginti & triginta annorum tam in proceſſu ordinario, ubi ad querelam partis, ejusque accuſationem judex procedit, quàm inquiſitorio, ubi ex officio inquirit, delinquentibus etiam ignorantibus, & non oppoſita præſcriptionis exceptione, crimen confeſſatis prodeſt *Boſſ. d. l. Iul. clar. d. l. q. 51. v. & hac Gail. lib. 1 de pac publ c. 20. n. 33. Boer. deciſ 26. n. 1.* ſiquidem exceptiones accuſatoribus objici ſolitæ judici quoque inquirenti obſunt, *Boer. d. deciſ. 26. n. 2. & ſepq. Goed. ad l. 131. §. 1. ff. de V. S. num. 20. & ſeqq.* quando inquiſitio in locum accuſationis ſucceſſit *l. 2. C. de abol. l. 6. ff. de exhib. & cuſtod.*

ſtod. reor. l. 6. §. 2. ff. de muner & honor c. 17. X. de Accuſ. & tempus vicennii à die ſaltim commiſſi delicti, non ſcientiæ, vel Accuſatoris, vel Judicis computatur, *Proſp. Farin. prax. crim. d. lib. 1. l. 1. quæſt. 10. n. 12. Petr. Theod. Colleg. crim. diſp. 10. th: 7. lit. D.* imò ipſum judicis officium efflagitat, Reorum defenſioni ſedulo incumbere & defectum partis ſupplere, *l. 1. ff. de quæſt. Auth. qui ſemel C. quom. & quand. Iudex l. 19. ff. de pœn. Friedlieb. dict: loc.*

Caput VII.

De CONCOMITANTIBUS IGNIS NOCENTIS, EIUSDEMQVE ARCENDI RATIONE.

§ I.

TAndem & de pleriſque concomitantibus agere fuſiori hujus materiæ intellectui omninò inſervit: Comitantur autem ſæpiſſimè incendia *furtum & rapina*, comitatur utplurimum prædiorum flagrantium, nonnunquam etiam ipſorum vicinorum, quæ ignis jam quoque corripuit, vel totalis, vel partialis demolitio: Hæc licita eſt, illa ſunt illicita: Quod ſi enim quis juſto metu adductus â ſe, ſuisque rebus flammam avertendi cauſa ædes flagrantes, dum pro parte ſervari nequeunt, qua partes ſuperſtites funditus ſit demolitus, vel intermedia vicini prædia, ne flamma ad proprias ædes tranſeat, interciderit, vel diſſipaverit, cum aliter ſuas tueri non poſſet, is certè nec interdicto. Quod vi aut clam, nec L. Aquiliæ actione ad damnum vicino datum reſarciendum tenetur, *l. 44. §: 1. ff. ad L. Aquil. l. 7. §. 4. ff. Quod vi aut clam*, ſiquidem hoc non injuria fecit, ſed, ut Celſus ait, ſui tuendi cauſſa in *l. 3. §. 7. ff. de incend. ruin. naufr. Hug. Grot. de Iur. Bell. & Pac. lib. 2. c. 2. § 6.* neque tantum vim præſentem, ſed & imminentem ſummovere permittitur, *Anton Peretz. in Codic: lib: 3. tit. 31. num. 7.* Neceſſum autem eſt, ignem ædes vicinas jam corripuiſſe, ita ut juſtus adſit metus, ne incendium latius fundatur, *l. 49. §. 1. ad L. Aquil. l. 7. §. 4. ff. Quod vi aut clam, Gryphiand. l. 2. Oecon. leg: c: 12. num: 57. Bart. in l. 7. §. 4. ff. Quod vi aut clam.* Quippe qui nullo hactenus orto incendio, aut poſtea orto, antequam eo perveniret, ædes vicinas demolitus eſt, de damno in ſimplum utique tenetur, præſertim quando prorſum temerarie hanc demolitionem aggreſſus eſſe convincitur, *Peretz.* d. l. quamvis tamen has ædes in priori caſu impenſis totius viciniæ reſtaurandas eſſe juſtius crediderim cum *Andr: Gail. pr. obſ. lib. 2. obſ. 22. n. 1. & Struvio Diſſ. de ædif. priv. th.* 60. ob damnum datum pro communi utilitate, arg. *l. 2. princ. ff. ad L. Rhod. de jact. & l. 3. ff. de incend: ruin. naufr;* Quod ſi autem ex incendio, id eſt pro-

pter

pter incendium, vel ex igne, vel è loco, ubi incendium eſt, vel adjacenti, quis vel per vim, vel furtim, dolove malo, ſine vi quippiam ſubtraxerit, is è contrario intra annum utilem in quadruplum, poſt annum in ſimplum, l. 1. *princ. ff. de incend: ruin. naufr.* imo hodie poſt ſublatam apud *Europæos* dupli, aut quadrupli pœnam, pro circumſtantiarum ratione ordinaria ſuſpendii pœna tenetur, *Bocer: de furtis* c. 2. *n.*181. *Matth: Steph: ad conſt. Carol: nec minus receptatores*, qui ſcientes prudenteſque vel fures ipſos, vel eorum furta & res ex incendio raptas ut furtivas receperunt, & poſthac occultarunt, l. *congruit ff. de offic: præf:* eadem pœna, nonnunquam latronum quoque exemplo puniuntur, *l.* 1, *ff de Receptat.* adde *Coraſ. ad l.* 3. §. 1, *ff. de offic: præfect: vigil*, dico *ſcientes, prudenteſque*, qui enim horum omnium ignari hujuſmodi res acceperunt, omnino excuſantur, multo magis, qui ad hoc acceperunt, ut cuſtodirent, atque ſalvas præſtarent veris dominis, hi enim non tam pœna, quam præmio digni, ſicuti priores per vim, vel clam rapientes atque occultantes, die Stehler und Hehler/ qui propterea fures improbiores æſtimantur. *l. ſi te expilaſſe ubi* Accurſ, *C. ex quib. cauſ. infam irrog. l.* 3. §. *non ſolum ff. de incend. ruin. naufr.* quod ſine iis delicta diu non laterent, pœnam optimè merentur, dum publicè intereſt, nil rapi in hujusmodi lachrymabili cauſa, quin potius afflictis continuo ſuccurrere, arg *l.* 1. *C. de naufrag* vide *Zoeſ. Comm. ff. lib.* 47. *tit.* 9.

§. II.

*P*oſtremo, abſolutis hanc in faciem *Ignis Nocentis* ortu, cauſis, pœnis & concomitantibus, oſtendere paucis expediet, qua ratione illum innoxium ſervare, quibusque remediis eidem, quavis etiam ratione orto occurrere debeat *Magiſtratus*: *Romanos* veteres hac in re admodum ſollicitos fuiſſe commonſtrat l. 1. *ff. de offic. præſ. vigil.* his verbis: *Apud vetuſtiores incendiis arcendis triumviri præerant, qui ab eo, quod excubias agebant, nocturni dicti ſunt. Interveniebant nonnunquam Ædiles & tribuni plebis. Erat autem familia publica circa portas & muros diſpoſita: quæ inde, ſi opus eſſet, evocabatur. Fuerunt & privatæ familiæ, quæ incendia vel mercede, vel gratia extinguerent, deinde Divus Auguſtus maluit per ſe huic rei conſuli* & l. 3. eodem in verbis: *Nam ſalutem reipublicæ tueri nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere ei rei, quàm Cæſarem, itaque ſeptem cohortes opportunis locis conſtituit, ut binas regiones urbis unaquæque cohors tueatur: præpoſitis eis tribunis & ſuper omnes ſpectabili viro, qui præfectus vigilum appellatur. Cognoſcit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus, niſi ſi qua tam atrox, tamque famoſa perſona ſit, ut præfecto urbi remittatur & quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligentius ignem habuerunt: aut ſevera interlocutione comminatus fuſtium caſtigationem remittit.* 2. *Effracturæ fiunt plerumque in inſulis, in horreiſque, ubi homines*

pre-

pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt: cum vel cella effringitur, vel armarium, vel area & cuſtodes plerumque puniuntur. & Divus Antoninus Erycio Claro reſcripſit, ait enim poſſe cum horreis effractis quæſtionem habere de ſervis cuſtodibus: licet in illis ipſius Imperatoris portio eſſet 3. Sciendum eſt autem, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere & coerrare calceatum cum hamis & dolabris 4. Vt curam adhibeant, omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendii caſus oriatur: præterea, ut aquam unusquisque inquilinus in cœnaculo habeat, jubetur admonere 5. Adverſus capſarios quoque qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, judex eſt conſtitutus: ut ſi quid in ſervandis veſtimentis fraudulenter admiſerint, ipſe cognoſcat. Quando itaque ignem omni ſedulitate ac induſtriâ innoxium ſervare, & quovis modo præcavere, ſed repentè ortum ſine morâ extingere publicè intereſt, & imprimis ad Magiſtratum publicum hæc cura ſpectat, ne urbs ruinis involvatur, ſiquidem ſalutem Reip. tueri nulli magis convenit, quàm Magiſtratui, nec ullus alius tantæ rei ſufficit, *d. l. 3. princ. ff. de offic. præf. Vigil.* Hinc adhuc hodiè Magiſtratus Politicus quibuscunque in Rebus publicis, vel municipiis continuo huic *malo nondum ſuborto* occurrat, ſed *orto* maturè remedia quærat I. Qua *Nondum Ortum* ſeverisſimè ſub certâ pœnâ prohibendo, ne quis in ædibus aſſervet, vel incautè venum habeat, quæ obeſſe poſſunt, neq; ita ædificet, ut domus præſenti quaſi periculo exponantur, nec quisquam civium ſegniter ignem cuſtodiat, tam ipſe, quàm per familiæ miniſtros, nec aquam unusquisque domui ſuæ veſperi inferre omittat. Poſthæc ſingulis diebus veſperi Cives per miniſtrum publicum, ut plerisqve in Civitatibus belle, prudenterqve conſtitutum, rurſus de accurata ignis cuſtodiâ commonefaciendo, demum in turri, vel alio edito loco vigilem conſtituendo, qui nocte excubias agat, flammamqve cognitam, dato per tubam ſigno, publicè intimet, confer *l. 3. §. 4. ff. dict. tit.* Imprimis verò per accuratam ordinationem de arcendis incendiis, vulgo Feuer-Ordnung de qua videas delineationem ſub finem hujus Tractationis, ei prudenter obviando & reſiſtendo, licet paucis hanc indicando nullam S. tn. R. aptiorem, expeditioremq; videam, quam ut quavis nocte ſingulis in plateis alternis vicibus duo, tresve, vel ad ſummum pro longitudine & latitudine platearum ſex vicini, vel horum fideles ſubſtituti excubias agant, & derepentè agnitum incendium quieſcentibus intiment, ipſiq; inſtrumentis ad delendos ignes aptis inſtructi ceteros ad ſimilia, opemque per hæc maturè ferendam è ſingulis habitationibus provocent, quippe reliquas ordinationes de nocturnis vigilibus totam urbem discurrentibus inſufficientes & tardius longè auxilium ſuppeditantes, ad ſubitum hoc periculum deprehendo, præſertim dum quandoque ad ludos & helluandum dilabuntur, adhæc nec omni in loco deſubito adeſſe, nec qvieſcentes citisſimè, ut opus, excitare, multo minus neceſſarios auxiliatores convocare, aut neceſſaria avertendis ignibus ſubſidia afferre queunt II. quà *jam Ortum* conductos ab hoc certa mercede, vel beneficio annuo cives,

ut

ut plurimum die Drager und Zimmerleute/ ſicuti de his qvo ad *Tholoſanos* teſtis eſt *Coraſius ad l. 2. ff. d. tit.* maturè prius, dein reliqvos qvoqve cives ad opem gratis ferendam tubâ convocando, ut enim merces â Fabris lignariis majus ſæpè periculum adeuntibus haud turpiter accipitur, *l. 1. l. 4. §. 2. ff. de condict. ab turp. cauſ.* ita recte à reliquis concivibus auxilium gratis præſtatur arg. *text. exod.* 23. His vero convocatis inſtrumenta neceſſaria jam ante parata, & ſicuti in cujusvis privati domo; ita maxime in curia, aliove loco publico aſſervata, *Sifones* puta & *hamas* ferream cuſpidem & recurvam habentes arcendis incendiis quam maxime utiles, *l. quæſitum § acetum ff. de fund. inſtruct. dolabrasque* ad ſubruendam aptas, *l. ferri* 235. *ff. de V.* S. confeſtim diſtribuendo, tum *aquam*, quandoque etiam *lac* & *acetum*, aliamve materiam flammis reſtinguendis utilem afferri, ſopitumque ex parte incendium & relictas hactenus favillas ſedulo cuſtodiri curando, atque horum omnium accuratiorem curam certis ad hoc deputatis Tribunis fideliter demandando. Quæ omnia ſi Magiſtratus obſervet, probe officio ſuo hac in parte defungitur, ſi negligat, eandem negligentiæ famam, quam *Plinius de Nicomedienſi magiſtratu ad Trajānum Imp.* tranſcripſit, etſi turpem ferre cogitur, quod *ſcilicet nullus uſquam in publico viſus fuerit ſifo, nulla* hama, *nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda lib.* 10. *Ep.* vide *Coraſ. ad tit. ff. de offic. præfect. vigil.*

Annotata ad Caput VII.

§ I.

Ne flamma ad proprias ædes tranſeat intereiderit,) Idem eſt, ſi extranei domum intermediam, vel plures ex juſta cauſa, juſtove metu deſtruxerint, quippe ne hi quidem ad damni emendationem obſtringuntur, *Marian Socin. in cap. ſi quis damnum n.* 44 *de injur. & damn. dat. Farin. q.* 110. *c.* 3. *n.* 145. *& ſeqq.* licet incendiarius reſtitutionem damni ſive ab his, ſive ipſo Vicino è juſto metu, ne ignis ad ſe perveniat, dati non evitet, dum ipſe damnum hoc cauſatus, ſecundum *l.* 3 § *in hac quoque ff. ad L. Aquil. Salyc. in l.* 11. *n.* 9. *v. ſed dubium ff. de peric. & comm. rei vend.*

Nec L. Aquiliæ actione ad damnum vicino datum reſarciendum tenetur) Quandoquidem ea, quæ ex improviſo caſu potius, quam fraude accidunt, fato imputantur, *l.* 1. *C. ad L. Corn. de Sic:* imo incendia, quæ aqua reſtingui nequeunt, ruinis nonnunquam ſopiri conducit, *Cicero contra conjurationem catilinæ*, *Sich in l.* 2. *C. D. L. Aquil. n.* 2. & præſtat certè unam domum intercidere, quam totam Rempublicam, everſa enim domo, Reip. ſtatus manere poteſt; urbis autem ruina omnes penates ſecum trahat, neceſſe eſt, *Val. Max.* 5. *memorabil.* 6. *Huſan. Tract. de propr. Homin. c.* 8. *q.* 5. *pr. n.* 144. Intellige tamen, non quod damnum vicino

plane nunquam ſit reſtituendum, ut judicat *Treutler. vol.* 1. *diſp.* 19. *th.* 8. ſed quod pœnali legis Aquiliæ actione eo nomine conveniri nequeat, interim ad damni reſtitutionem, ipſum obligatum eſſe ratio & æquitas naturalis ſuadere videatur, arg. *l.* 1. *&* 2. *ff. ad L. Rhod. de jact.* tanto magis, quo nemo cum jactura & detrimento alterius locupletari debet, *l.* 206. *de R. I.* quod eo ipſo eveniret.

Neque tantum vim præſentem, ſed & imminentem ſummovere permittitur) Siquidem ſufficit juſta ſuſpicionis cauſa, etiamſi periculum, quod aliquis ſuſpicatur, non evenerit, nec ignis domum intermediam corripuerit, *l.* 27. §. *fin. locati Maſcard. de probat. p.* 3, *concl.* 802.

Quamvis tamen has ædes in priori caſu impenſis totius viciniæ reſtaurandas eſſe juſtius crediderim. Et recte, quod ſi enim vel maxime hic jure deficeremus, æquitatis tamen eſſet, communibus ſumptibus damnum reſtitui, ut in ſimili ait ICtus *in l.* 2. §. 5. *de aqu. pluv.* *&* *l.* 2. *ad L. Rhod. de jact.* Nec officit quoad *hanc l.* 2. *ad L. Rhod.* quod hic diverſa quadantenus ſubſit ratio, licet enim diverſitatis aliqua ratio dari posſit, quod in tempeſtate communi conſenſu projiciuntur merces, non tamen omnia ſunt disſimilia, ſiquidem etiam inviti merces projici poſſunt, & propter ædes dirutas violentia ignis inhibita, & vicinorum ædes omnino ſunt conſervatæ, ſiquidem, ne incendium latius funderetur, pro communi utilitate dirutæ fuerunt ædes, ideoque etiam communibus impenſis ſunt reſtaurandæ, dum nihil magis ſecundum naturam eſt, quàm ut unumquemque ſequantur incommoda, quem ſequuntur commoda. Nec obſtat Il. *l.* 7. §. 4. *ff. Quod vi aut clam.* Etſi enim hic dicitur, quod interdictum quod vi aut clam, itemque injuriarum et L. Aquil. actiones eo caſu deficiant, quo pro ſalute totius viciniæ ædes dirutæ fuerunt. Inde tamen minime ſequitur, eos quoque à damni reſtitutione abſolvi, arg. *l.* 2. §. 3. *&* 5. *ff. de aqu. pluv. arc.* cum contra æquitatem ſit, damnum pro communi utilitate datum non communibus ſumptibus reſarcire. Diſtinguendum autem hic omnino eſt, an domus deſtructa fuerit ob abundantem cautelam & ſecuritatem, an vero ad illam ignis proxime jam dum pervenerit, ita ut *priori* ſaltem *caſu* vicini teneantur, *poſteriori* non æque, *Bart. in l.* 7. §. *eſt & alia ff. quod vi aut clam* licet tamen hoc caſu vicinus, ex cujus ædibus incendium primum provenit, ſi in dolo, vel culpa fuerit, præ reliquis vicinis ad damni emendationem obligetur, reliqui tantum in ſubſidium, quando is aut extra culpam, aut non ſolvendo eſt, *l. ult.* § 1. *ff. de eo, per quem facit* *& l. ult.* §. *paulus ff. quod met. cauſ.*

Ordinaria ſuſpendii pœna tenetur) Hinc Senatus Genevenſis *Auguſtinum Barille* in calamitoſisſimo incendio orto Ao. 1670. d. 18. Jan. depoſita concredita abnegantem pœna ſuſpendii juſtisſime affecit *Philip. Andr. Oldenburger Itinerarii juridicii tit.* 2. §. 15. *p. m.* 22.

Nec minus receptatores eadem pœna puniuntur) Probatur hoc aſſertum præter adductã *l.* 1. ubi divinatoria eſt eorum explicatio, qui vocabulum *perinde* pro *pariter* contra vocabuli naturam, ſimilitudinem, ſeu comparationem omnino in-

no involventem accipiunt, per *l.9.C. ad L. Iul. de vi publ. & privata l* 14. *C. de furt.* quæ omnino videatur *l: 9 de his qui latron. &c: occultaverint l:* 12. *ad L. Fab: de plagiariis l.* 14. § *ſane C. de SS. Eccleſ.* Nec officit I.

Quicunq; non principaliter delinquit, neq; ob id in pari, quin leviori potius eſt reatu, hunc iniqvum eſt, æquali cum ſuo principali affici pœna.

Atqui receptator non principaliter delinquit, neq; ob id in pari, quin leviori potius eſt reatu E.

Reſp. enim ad *Minorem* negando, receptatorem non principaliter delinquere, quando ipſe contrectat rem ſurtivam & quidem dolo malo ac fraudandi animo, quæ nova contrectatio ab ipſo receptatore facta per ſe furtum eſt, & efficit, ut non tam acceſſoriè, quam principaliter ac per ſe fur. ſit arg. *§. 1. Inſt. de oblig. quæ è delict. naſc.*

Neque II. Quod abigei pecorum ultimo ſupplicio afficiantur, *l. 1. ff. de abig.* Sed horum receptores decennali exilio, *l. fin ff. eod.* Reſp. enim *l: fin.* loqui tantùm de receptatoribus ipſorum abigeorum, non etiam abactorum ſimul pecorum. Deinde etiam Reſp. quod, cum abigeatus pœna ut plurimum ſit arbitraria, & ſæpiſſimè gravis, imò capitalis, quod eapropter ab his receptoribus ad receptores furum male inferatur, neque etiam firmiter colligi queat, utrum pœna abigeorum gravior ſit, quam receptatorum, nec ne.

§. 2. Triumviri præerant) Triumviratus nomen erat *Magiſtratus Romani*, quo tres collegæ certæ præfecti functioni pari poteſtate utebantur: Horum triplex potiſſimum Ordo ex jure apparet: *Monetalium, Capitalium*, de quibus videatur *l. 2. §. 2. ff. de O. I. & Nocturnorum*, de quibus hic, quorumque muneri incumbebat, ut noctu oborta incendia, ne latius pervagarentur, reſtinguerent; quare *M. Mùllium, Cn. Lolium & L. Sextilium* Triumviros quod ad extinguendum Sacra via incendium tardiùs acceſſerant, pariter ac *Publ. Bilium* Triumvirum nocturnum, quod vigilias negligentius circumierat, à Tribuno plebis die dicta ad populum damnatos eſſe refert *Val. Max. lib. 8. cap. 1. & Tac. Ann lib. 4.*

Interveniebant nonnunquam Ædiles) Quibus id negotii non ſemel ab *Auguſto* injunctum legimus apud Dionem lib. 4. his verbis: Τοῖς δ' ἀγορανόμοις παραχρῆμα ἐπιμελεῖσθαί τε, ὅπως μηδὲν ἐμπρῆσαι κἂν ἄρα τι τοιοῦτον συμβῇ κατασβεννύναι, τὸ πῦρ προσέταξα & lib. 5. in verbis; τοῖς δ' ἀγορανόμοις τοῖς κουρουλίοις τὴν τῶν ἐμπρησιμένων κατάσβεσιν ἐνεχείρισε Sicuti etiam narrat *Vellejus Paterculus* Egnatium Rufum magnam in Ædilitate extingvendis privata familiâ incendiis populi gratiam contraxiſſe.

Familia publica) Hoc eſt milites, ſeu homines ad hoc publice deputati.

Mercede, vel gratia) Mercede, i. e. dato laboris pretio, unde plerique colligunt, neminem teneri ultro gratis occurrere incendiis, quippe ſi teneretur, turpiter acciperet mercedem, eaque ſoluta repeti poſſet, *l. 1. in fin. l. idem. §. quo-*

ties ff. de condict. ob turp. cauſ. Verum licet hoc ſtricto jure civili largiar, non tamen hoc æquitati, multo minus juri divino convenire crediderim, per textum *Exod.* 23. *&* *Deut.* 22. *Gratia*, id eſt gratis, ſine pretio, ſeu gratuito, ſine ulla mercedis præſtatione, ut ſic venit *Martiali lib.* 5. *Epigr.* hoc verſiculo:

Sportula nulla datur gratis conviva recumbis

Septem cohortes) Cohors eſt conventus militum ſic dicta, quod milites ipſi ſe invicem cohortari ſolerent, ad ſeſe in re militari exercendum, mutuaque cohortatione ad bellicæ diſciplinæ ſtudium excitare *Coraſ. ad hanc legem*.

Binas Regiones urbis unaquæq; cohors tueatur) Magiſtratum hunc extraordinarium primus conſtituit Auguſtus, intellige *Octavium*, qui iſto nomine primum compellatus. Septem enim cohortes in urbe conſtituit & diſpoſuit, ut binas illas regiones, quippe in XIV. dividebatur *Roma*, Autore *Tacito lib.* 15. *Ann.* unaquæque cohors tueretur: Singulæ cohortes ſuo regebantur *Tribuno*, i. e. Capitaneo: His autem omnibus tanquam ſupremus præerat Præfectus vigilum inde appellatus, quod præpoſitus eſſet iſtis vigiliis, quibus ab incendio urbs munita eſt, vel quod gubernaret homines vigilantes & nihil in perſcrutando derelinquentes ut loquitur *Iuſtinianus* in *Nov.* 13. ubi *Cujac.*

Spectabili viro, qui præfectus vigilum appellatur) Quatuor erant dignitatum ordines apud Romanos: *Superilluſtrium*, ut Patricii & Senatores, *Illuſtrium*, ut Conſules & Præfecti prætorio, *Spectabilium*, ut Prætores, Proconſules, & de quo hic agitur, Præfectus vigilum. Tandem *Clariſſimorum*, ut præſides provinciarum Dd. in *l.* 1. *ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.*

